¶ 6. delictum cõtra cõmissum. ¶ Et fm Alex. vbi. s. Delictũ est in nõ faciendo: quod debet fieri: et dicitur delictũ quasi derelictũ: qr derelinquitur illud: quod est faciendũ: et opponitur illi parti iusticie: q dicit: Fac bonũ: et est contra precepta affirmatiua. Deus affirmatiue precepit. Unũ cole Deũ: tu nõ facis: g delinquis. Deus precepit. Sabbatũ sanctifica. Honora parentes. Omni petenti te tribue: tu nõ facis: g delinquis: et deũ derelinquis: eius precepta affirmatiua relinquendo. g a deo derelinqueris. ¶ Hoc delictũ est arbor: que nõ facit fructũ bonũ: ideo excidetur: et in ignẽ mittetur. Math. 7. Peior tñ est arbor que facit fructuz malum: vt est cõmissio: q̃ que nõ facit fructũ bonũ: vt delictuz. Et hec duo diuidunt omne peccatuz mortale actuale: dicẽte Aug. in lib. de perfectione iusticie. Duobus. n. modis fieri cõstat omne peccatũ: si aut illa fiant: que prohibentur: aut illa nõ fiãt: que iubentur: et hec duo sunt delictum et omissuz: h ille. Hic pratica cõtra nõ obseruantes precepta affirmatiua: et declara in particulari.

¶ 7. Per superbabundantiã cõtra peccatũ p defectũ. ¶ Est aũt Prodigalitas peccatũ p superbabundantiã: qr nimiũ largitur pp finẽ aliquẽ temporalẽ: vt puta pp honorẽ: pp laudẽ et huiusmodi: et ẽ actus viciosus et peccatũ: vt dicit Alex. de alis in. 2. parte. q. 158. Ista pdigalitas nocet sibi: sed prodest alijs. ¶ De istis peccatis p superbabũdantiã multa exempla ponit Phs in. 4. Ethi. vide ibi. et dic.

¶ 8. Per defectũ cõtra peccatũ p superbabundãtiã. ¶ Est aũt auaritia peccatũ p defectum. Nam duo facit: rapit. n. aliena: et imoderate retinet sua: et est nociua sibi et alijs: et minus sanabilis q̃ pdigalitas. Et fm Alex. de alis in. 2. parte. q. 158. est inordinatus amor bonoꝝ: que subiacent fortune: et pecunie nomine designantur. Heu quot maloꝝ est causa. i. ad Thimo. 6. Radix. n. omnium malorum est cupiditas.

¶ 9. Ex timore male humiliãte. ¶ Sicut declarat Alex. de alis in. 2. parte q. 175. Timor male humilians aliqñ est peccatũ mortale: qñ vz bonũ commutabile preponitur bono incõmutabili: sicut est de illo: qui metu mortis vel tribulationis negat deũ: et agit cõtra precepta diuina. Aliqñ est peccatũ veniale: qñ vz tẽporalia mala timentur sub deo: salua obseruãtia diuinoꝝ preceptorum. vel si aliquis ex timore: nõ perficit illud: quod est consilij diuini. ¶ Quot aũt mala sequantur ex timore:

male humiliante quis enarret? Clamat Propheta in ps. Illic trepidaue runt timore: vbi nõ erat timor.

C10. Ex amore male accedēte cōtra timorē male humiliantē. C Sicut aūt declarat dñs Alex. de alis in. 2. parte. q. 176. Quotiensc̄uq; aliquod bonum apparens indebite nos allicit: et indebite a nobis amat: illud dicit esse peccatum ex amore male accedente. Et iste amor male accedēs: quantā stragē faciat in creatura rōnali: qs enarret?

C11. Peccatū cordis ɔtra peccatū oris et operis. C Et fm Alex. de alis in. 2. parte. q. 133. Pctm̄ cordis vel ē pctm̄ cogitationis: vel iudicij: vel consensus: p. n. rō cogitat. 2. iudicat: siue diffinit. 3. ɔsentit: et his trib⁹ modis multiplr peccat. Et p cogitādo peccat: aliqñ venialr: aliqñ mōtalr C 2. iudicādo peccat: aliqñ venialiter: aliqñ mortaliter. C 3. cōsētiēdo ēt peccat: aliqñ venialiter: aliqñ mortaliter. Hic pratica cōtra ista tria cordis peccata.

C12. Peccatū oris cōtra pctm̄ cordis et operis. C Et fm Alex. de alis in. 2. parte. q. 138. pctm̄ oris pōt esse pluribus modis. C p. tacēdo: qñ videlicet loquendū est. C 2. loquēdo cōtra veritatē: vt in mendatio. C 3. loquendo ɔtra bonitatē: vt i scurrulitate. C 4. loquēdo cōtra rectitudinē: vt in cōultio vel detractione. Et grauiora sunt peccata oris q̄ cordis. Quot aūt peccata venialia: quot mortalia: his quattuor modis fiant: quis dicere queat? Clamat pphēta in ps. Filij hominū: dentes eorum arma et sagitte: et lingua eorū gladius acutus.

C13. Peccatū operis diuisum contra peccatū cordis et oris. C Et fm Alex. de alis in. 2. parte. q. 133. peccatū operis maius est: q̄ peccatū cordis: posito. n. peccato operis ponitur peccatum cordis: et nō econuerso. Nam peccatum operis pp maliciā cordis quā includit: hz et maliciā sui generis. C Quātā aūt stragē in populo christiano faciāt opera mala p malū exēplū: quis enarret? Ysa. 1. clamat de⁹. Man⁹. n. vestre sanguine plene sunt: idest homicidio: adulterio: furto: rapina.

C14. Peccatū in proximū diuisum cōtra peccatū in se et in deū. C Et vt dicit Alex. de alis in. 2. parte. q. 123. in fine. Iustitia dicit ordinē hominis ad proximū suū: qua qui caret: iniuriat proximo suo: et peccat. C Hoc peccato in pximū peccāt homicide: mutilantes: percussores: verberātes: adulteri: fornicarij: fures: latrones. Heu quot sunt qui. et c.

C15. Peccatum in seipsum. C Et fm Alex. de alis vbi supra. Iusticia dicit ordinē ad seipsum. que qui caret: sibi ipsi iniuriat: et peccat. C Hoc modo peccat: qui carnē permittit dominari spūi: qui sensus nō castigat: qui carnē nō domat: qui non agit de peccatis penitentiam. Heu quot mala. et c.

C16. Peccatū in deum. Et fm Alex. de alis vbi supra. Iusticia dicit ordinē ad deum: qua qui caret: iniuriat deo: et peccat. Hec iustitia vult hominem deo subijci: per intellectū credendo in eum: per memoriā: sperando in eum: per voluntatem: amando eum: per linguam laudendo eum: per manus operando oīa pp deū. Qui g deū nō credit: iniuriatur deo. Qui in deū nō sperat: deo iniuriatur. Sic vt vis.

C17. Peccatū contra bonū temporale. C Proxim⁹ noster tria bona hz: bona tēporalia: bona corporalia: bona spūalia. Si dānificamus eum in bonis temporalibus: put sunt possessiones: pecunie: aīalia: et notabiliter: est

pctm mortale: et fit trib⁹ modis: aut occulte p furtū: aut apte p rapinā: aut callide p vsurā. Et hec tria quātā stragē in hūano gñe faciāt: qs enarret.

¶18. Pctm̄ contra bonum corporale. ¶ Si tenemur proximo tpalia sua nō auferre: nec in eis ipsum damnificare: q̄to magis circa bona corporalia? Cōtra hoc faciūt verberātes: mutilātes: vulnerātes: occidentes: venenātes: aut alia qualibet supstitione viciantes. Heu quot sunt: qui ad grauissimā restitutionē obligantur: vt in Sco. in. 4. di. 15. q. 3.

¶19. Pctm̄ cōtra bonū spūale. ¶ Bona spūalia ptinēt ad aīam: et tāto bonis corporalib⁹ et tpalib⁹ ppponderāt: quāto ea q̄ sunt aīe: corpori pferunt. ¶ Cōtra hec spūalia bona peccāt: qui prauis persuasionib⁹: verbis et operib⁹ proximū a via veritatis auertūt. Hoc modo peccāt philocapti allicientes puellas: hoc modo adulteri: hoc modo fornicarii: hoc modo lusores: hoc modo mulieres scollate: hoc modo venefici et supstitiosi: qui incantationibus hominū mētes alienant. Et ad quantā et q̄ graue restitutionē teneant: vide Sco. in. 4. di. 15. q. 3.

¶20. Pctm̄ ex infirmitate. ¶ Et sic dicit Alex. de alis in. 2. pte. q. 163. pctm ex infirmitate dr pctm cōmissum ex inclinatione carnis: siue ex inclinatione infirmitatis: q̄ e ex parte carnis. Corpus. n. qd corrūpitur: aggrauat aīam. Et sic omne pctm ex inclinatione carnis cōmissum dr pctm ex infirmitate. Quātā autē ruinā faciat in humano genere hoc pctm: nō pōt paucis explicari. Clamat Pau. ad Gal. 5. Manifesta sunt aūt opera carnis: que sunt fornicatio: īmundicia. Hoc dicitur pctm in patrē. Sic peccauit Pilatus.

¶21. Pctm ex ignorātia. ¶ Et sm Alex. de alis vbi supra. Pctm ex ignorantia accipit ex parte aīe quo ad cognitiuā: Nā cū pctm sit in voluntate: si accidit ex inclinatione ignorātie: que est in cognitiua siue in intellectu: tunc dr pctm ex ignorantia. ¶ Et istud pctm quot pertrahat ad baratrū: quis explicare sufficiat? Clamat de⁹ Ysa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus: qz nō habuit scientiam.

¶22. Peccatū ex malicia diuisum cōtra duo predicta. ¶ Et sm Alex. de alis vbi supra. Pctm ex malicia est: qn̄ e ex defectu: qui est in sola voluntate: cū. s. homo pōt potētia facili facere bonū: nec hz infirmitatē retrahentē: et scit ēt facere bonū: nec hz ignorātiā ppedientē: et tn̄ sola volūtate vult cōtrariū. O q̄ mala herba qn̄ nō peccatur ex infirmitate ex parte carnis: nec ex ignorātia ex parte intellectus: sz ex sola malicia ex pte volūtatis. ¶ Quātā aūt ruinā in humano gñe faciat hec diabolica cōtagio: quis explicabit?

¶23. Pctm ex cōcupia carnis. ¶ Sic n. declarat Alex. de alis in. 2. parte. q. 177. qz diuersa sūt obiecta: ex qb⁹ peccati cōcupia cōtrahit: iō pctm vno mō diuidit: q aliud est ex cōcupia carnis: aliō ex cōcupia oculoꝝ: aliō ex supbia vite. 1. Jo. 2. Et qz ex carnali delectabili ptrahit pcti cōcupia: iō vocat pctm ex cōcupia carnis. Et ista cōcupia e illa p quā hō auertit ab īmutabili bono ad bonū creatū et cōmutabile: vt innuit idē Alex. in. 2. pte. q. 123. in fi. ¶ Quātā āt labē in humano gñe faciat hoc pctm ex cōcupia carnis: qs explicabit? Omnis quippe caro corrupit viam suā. Gen. 6.

¶24. Peccatum ex cōcupiscentia oculoꝝ. ¶ Et sicut dicit Alex. de alis in 2. parte. q. 177. membro. 3. Cōcupiscētia oculoꝝ circa quatuor versatur.

¶ p in aquirendis magicis artibus. ¶ 2. in scietijs curiosis inuestigādis. ¶ 3. in dignoscēdis ⁊ carpēdis vitijs ꝓximoꝝ. ¶ 4. in aquirendis rebus tēporalib⁹. ¶ Et ista quadruplex cōcupiscētia quot generet peccata: quis enarrare sufficiat? A maiore. n. vsq ad minorem omnes studēt auaricie. Jere. 6.

¶ 25. Peccatum ex superbia vite diuisum contra duo predicta. ¶ Et fm Alex. de alis in. 2. parte. q. 177. in fine: hec cōcupiscētia siue superbia vite est in cōcupiscēdo humanā laudem vel rōne bonitatis: vel ratione sciētie: vel ratione potestatis ⁊ dignitatis. ¶ Et ista superbia vite: ⁊ humane laudis ꝯcupiscētia quātā peccati zizaniā gignat: declarat Jacobus apſus dicens Jaco. 1. Unusquisq tentatur a cōcupiscētia sua abstractus ⁊ illect⁹. Deīn concupiscētia cū cōceperit: parit peccatū: peccatū vo cū cōsumatū fuerit: generat mortem.

¶ 26. Peccatū ex inordinato appetitu respectu boni appartētis in spiritu. Et hec est supbia: sic declarat Alex. de alis in. 2. parte. q. 152. dicēs. Qr aīa vt est spiritus in feꝑter cōparationē: quā hꝫ ad corp⁹: inordinate appetere pōt excellentiā vltra debitū: sicut fecit Angelus: ⁊ hec est superbia: hec ille. ¶ Heu quante ruine est causa.

¶ 27. Peccatū ex inordinata detestatione respectu mali apparentis in spiritu. ¶ Et hec est inuidia fm Alex. vbi supra. que in alio detestatur excellentiā: tanq quid maluꝫ ⁊ diminutiuū ꝓprie excellentie. Et hec ēt cōuenit spūi: ꝓter cōparationem quam habet ad corpus. ¶ Et ista inuidia ē ruina humani generis. Sap. 2. Inuidia diaboli morʒ intrauit in orbem terrarum. Imitātur aūt illum: qui sunt ex parte eius.

¶ 28. Peccatū ex ꝯcupiscētia rei expedientis corpori. ¶ Et ista est auaricia: ꝑ quam aīa corpori vnita cōcupiscit tēporalia vt expedientia corpori: vt declarat Alex. de alis in. 2. parte. q. 152. ⁊ hāc inordinatā cōcupiscētiā hꝫ aīa vt aīa: idest vt vnita corpori: qr vt separata talia nō cōcupiscet. ¶ Et quot ducat ista crudelissima fera ad inferni lamenta: quis enarret? Paulus. 1. ad Thim. 6. Qui volūt diuites fieri: incidunt in tentationem ⁊ in laqueum diaboli ⁊ in desideria multa inutilia ⁊ nociua: que mergunt homines in interitum ⁊ perditionem.

¶ 29. Peccatū ex tedio boni difficilis ⁊ laboriosi ipsi corpori. ¶ Et ista est accidia: ꝑ quā aīa vt vnita corpi fastidit: ⁊ abhorret: ⁊ fugit bonū difficile ⁊ laboriosum ipsi corpori: vt dicit Alex. vbi supra. ¶ Et ista est pessima humani generis plaga. Eccl. 30. Multos. n. occidit tristitia. i. accidia: ⁊ nō est vtilitas in illa.

¶ 30. Peccatū ex inordinata repulsiōe rei nociue corpori. ¶ Et ista est ira. per quam aīa vt vnita corpori vi sua irascibili insurgit in illud: quod ē iniuriosum siue nociuū ipsi corpori: vt dicit Alex. ď alis vbi supra. ¶ Et ista radix diabolica est deo execrabilis. Eccl. 27. Ira ⁊ furor vtraq execrabilia: ⁊ vir peccator continēs erit illorum.

¶ 31. Peccatuꝫ ex inordinato appetitu alimēti fm gustuꝫ. ¶ Et ista est gula: per quam aīa peccat inordinate appetendo cibum: qui facit ad cōseruatione indiuidui: vt declarat Alex. de alis vbi supra. ¶ Et ista gula fuit origo mortis. Gen. 2. In quacūq die comederis

comederis ex eo: morte morieris.

¶ 32. Peccatū ex inordinato appetitu commixtionis carnalis fm tactum. Et ista ē luxuria: per quā aīa peccat: inordinate carnalē cōmixtionē appetēdo: que ad speciei cōsumationē ordinat: vt dicit Alex. de alis vbi supra. Et q̄ odiosa sit deo ista luxuria: q̄ tediosa: patet: q2 per eā totū diluuio submersit vniuersū: dicēs. Gen. 6. Penitet. n. me: fecisse eos. Hic practica vt volueris.

Tertiū principale considerandū est. Peccati commissio. Secūdū q̄ determinat Magister sententiarū cū schola theologorū in. 2. di. 22. Pctm̄ in nouē gradib9 successiue gñrat. 7 confirmatur.

¶ Primo Suggestione. Et ista est a diabolo: qui anime sensibiliū 7 intelligibiliū delectamēta suggerit contra diuina precepta. Et hoc in serpēte figurat: qui ad mulierē dixit. Gene. 3. Cur precepit vobis deus: vt nō comederitis d̄ omni ligno paradisi? Uide di. 9. c. testamētū.

¶ Secūdo. Cogitatione. Et ista est a ratione vel ab intellectu cōsiderāte 7 cogitante illud: quod a diabolo suggestū est. Et vt dixit Alex. de alis in. 2. parte q. 133. si sit speculatiua cogitatio nō p̄cedēs vsq3 ad cōsensum vel desideriū nō erit peccatū. Et ista in muliere figurat: que post diaboli suggestionē cogitauit: 7 suggestū pomū cōsiderauit. Unde dr̄ Gen. 3. Uidit ergo mulier: q̄ lignū esset bonum.

¶ 3. Delectatione. Et ista ē a sensualitate: que ī cogitatione rei delectabilis delectat. Et tunc cū delectatio praua animā pulsat: si mens reluctat: 7 renitit: adhuc non ē peccatū: vt dicit Alex. de alis vbi supra. Et ista dlectatio ī Eua figurat: que vt dr̄ Gen. 3. Uidit lignū quod esset bonū ad vescēdum aspectuq3 delectabile.

¶ 4. Consensu. Et ista est a liber oarbitrio: quod in tali delectatione oblata consentit: 7 tūc: siue sit cōsensus in solā cogitationē: siue in opus: est peccatum: ratione talis cōsensus: vt dicit Alex. de alis: vbi supra. Et iste cōsensus in Eua figurat: que post diaboli suggestionē: post illius pomi cogitationē 7 delectationē cōsensit in eius comestionē: 7 iuit hac voluntate 7 cōsensu ad arborē: vt sumeret: 7 comederet. Gen. 3.

¶ 5. Operatione. Et ista est a potentia executiua simul 7 imperatiua: 7 tunc tale peccatū operis maius est q̄ peccatū solius cogitatiōis: vt dicit Alex. de alis ibidē. Et ista operatio in Eua figuratur: que post cōsensū in pomi comestionem tulit de eo: 7 comedit. Gen. 3.

¶ 6. Cōsuetudine. Et ista ē a malo habitu peccādi. Sicut. n. frequenter cytharedās habitū acquirit: qui ad cytharizandum inclinat: vt dicit phs. 2. Ethycor: ita male operans habitū vitiosum acquirit: qui ad iterū peccādum inclinat. Et ista mala cōsuetudo fuit in humano genere a principio circa carnis vitiū: q2 intētum erat ad luxurie malū omni tēpore: ideo deus p diluuium illud exterminauit. Gen. 6. Heu me: ista mala herba: quātū veneni in humano generi concitat.

¶ 7. Defensione. Et ista ex timore vel ex defectu humiditatis oritur. Et tūc quodāmodo peccatū duplicat: quia peccatū quod dignū est accusatione excusatur 7 defendit. Et ista peccati defensio in Adam 7 Eua figuratur:

niunt ad vitam: fm illud. Jo. 14. Si quis diligit me: sermonem meum servabit: et illud Math. 19. Si vis ad vitam ingredi: serva mandata. Unde Eccl. 15. Si volueris mandata conservare: conservabunt te. ¶ 4. dicit: q qui voluerit malum operari: malum in retributione dabitur ei. Et hoc est proprium iniquorum: qui deum nō diligunt: nec mandata eius observāt: nec bonum operantur: sed malum: et ideo malum dabitur illis. Hec omnia patent in verbis assumptis: super quibus de humane nature peccabilitate difficillima qō exoritur: que vt clarius intelligat: presens oratio in tria misteria distinguetur.

¶ Primum Dubitatio.
¶ Secundū Declaratio.
¶ Tertium Confirmatio.

Quo ad primum quod est dubitatio: movetur questio difficillima talis. Cur ops deus qui optimus est: nō fecit hominē impeccabilem: sed magis peccabilem: et permisit eum cadere in vinculis et servitute peccatorum: sicut et filios Israel sub Pharaonis iugo incurvari permisit Exo. 1. Ratio qōnis est. Quia cū deus sūme odiat peccatū: cū ipsum abbominetur: detestetur: puniat: et cōtra ipsum irascatur: cum ex peccato etiā innumera mala orta sint: vz infirmitates: amaritudines: cruciatus: mortes: quare non fecit deus hominem impeccabilem? Hic varie opiniones occurrunt: que pro curiosis recitande sunt.

¶ Prima Opinio est phorum: qui dicere voluerunt: q hō potuit fieri impeccabilis per naturam: et hoc probare nituntur quattuor rōnibus. ¶ Prima sic. Peccare nō est de diffinitione hominis: nec posse peccare: ergo non est de essentia hominis: ergo vr q essentia hominis esse possit sine possibilitate ad peccandū. ergo pōt esse impeccabilis: vide Sco. in. 2. di. 23. ¶ 2. sic. Potentia ad peccandū vel posse peccare est accidēs separabile: qr non inseparabile: ergo per divinam potentiam pōt separari: sicut accīa in sacramentis separātur. ¶ 3. sic. Posse peccare dicit imperfectionē et defectum: ergo deus ab hoīe istum defectū auferre pōt: aliter non esset perfectus: ergo potuit facere impeccabilē per naturā. ¶ 4. sic Causa secunda pōt facere hominē impeccabilem: vt patet de gratia consumata sive de gloria: ergo magis hoc potuit deus: qui est causa prima: ergo potuit homo fieri impeccabilis per naturam.

¶ 2. Opinio ē hereticorum qui dicūt deū male fecisse hominem peccabilem faciendo. ¶ Primo. n. fecit cōtra suam liberalitatem. Nam summa liberalitas bona sua summe communicat. Licet ergo deus homini plurima bona communicasset: puta mundum: corpus: imaginem suam: iustitiam originalem: perfectam scientiam: societatem angelorum: tamen sue liberalitati congruere videbatur: vt homini summum bonum communicaret statim: ipsū beatificando: et nō permittendo peccare: ergo male. ¶ 2. Contra suam sapientiam. Nam licet sapientis sit: ex malis bona elicere: tamen maioris sapientie est: preservare et precavere ne mala committantur: ergo ad ostensionem sue summe sapientie debuit hominem impeccabilē facere: et a peccato preservare.

est peccabilis. Hec ratio non valet: q2 in deo τ in angelis beatis est liberum arbitriū: τ tñ peccare non pñt. Nā liberū arbitrium nō est potestas peccādi: vt quidam dicere voluerunt. Sed liberū arbitriuȝ est vis: qua quis libere eligit: que eligit. Unde Ansel. de libero arbitrio. Liberum arbitriū est potestas seruandi rectitudinē pp se: ergo ratio nō valet arguēdo. Est liberi arbitrij: ergo peccabilis.

❡7. Opinio est alioꝝ. Qui dicunt: creaturam rationaleȝ necessario esse peccabilē: ratione voluntatis. Nā voluntas creata habet pro obiecto adequato bonum in cōmuni: quod conuertitur cū ente: τ tale bonū est cōmune ad bonum veꝝ τ bonum apparens: sed nulla est potentia: que nō possit naturaliter tendere in suum obiectum: ergo omnis voluntas creata pōt naturaliter tendere in bonum apparens τ nō verum: τ per cōsequens: pōt deficere τ peccare. Sed hec ratio non valet ꝑȝ Sco. in. 2. di. 23. q2 voluntas diuina extendit se ad omne id: ad qd̄ extēdit se voluntas creata: sicut intellectus diuinus extendit ad omnia intelligibilia: ad que se extendit intellectus creatus: igitur extendit se voluntas diuina ad bonum apparens: sicut voluntas creata: τ tamen non pōt deuiare. Et similiter voluntas beati extendit se ad quodcūqȝ obiectum extendit se voluntas dānati: τ tamen non sequit̄ ꝙ possit peccare.

❡8. Opinio est Sco. in. 2. di. 23. dicentis. Nulla natura intellectualis τ nulla voluntas creata sue nature dimissa: pōt fieri impeccabilis: rōne sue regule. Et probat sic. Omnis volūtas: que non est sua regula: nec necessario est sue regule conformis: potest deficere in rectitudine: deuirdo. s. a sua regula: sed oīs voluntas creata est huiusmodi sue nature derelicta: minor ista patet: q2 nulla volūtas est sibi sua regula: nisi diuina: nulla ēt creata sue nature dimissa: est diuine volūtati necessario cōformis: q2 de⁹ statuit hoīeȝ in manu consilij sui. Eccl. 15. Et vero talis voluntas possit in rectitudine deficere: sic probatur. Omnis voluntas in qua non necessario coniungitur appetere cōmodū τ recte appetere: pōt appetere recte τ non recte: ista patet: q2 ex quo non necessario coniungunt̄: vnū pōt ab alio separari: sed in nulla voluntate creata possunt illa necessario coniungi: ergo pōt recte τ nō recte appetere: τ ita peccare: appetendo. s. cōmodum aliquod: alio modo quā sit a deo ordinatum: puta: beatitudinem sine meritis ergo pōt peccare a sua regula. s. a diuina volūtate vel a diuinis preceptis deuiando.

❡9. Opinio est Scoti vbi supra: sic dicentis. Nulla creata voluntas sue nature dimissa: pōt fieri impeccabilis: ratione sui obiecti. Et probat̄ sic. Omnis voluntas que in appetendo nō est satiata: nec quietata: nec pōt sibi dimissa quietari: nisi in obiecto infinito: quod non habet presens: τ per consequens: non tendit actualiter in illud: talis: inquā: voluntas pōt appetere aliquid non in ordine ad illud: vel tendere in bonū apparens: ex quo nō est immobilitata in isto infinito: sed oīs voluntas creata naturaliter sibi dimissa: est huiusmodi: ergo quelibet talis sue nature dimissa: pōt appetere aliquid non in ordine ad deum: τ aliquod bonū apparens non in ordine ad ipsum

deum:quod eſt bonum infinitum. Et
nota:ꝙ Sco. duas rōnes aſſignat:qr̄
quelibet volūtas creata ſue nature di
miſſa:eſt peccabilis. ¶ Prima eſt:qꝛ
nō hꝫ diuinā eēntiā ꝑntem:qua fru-
atur:⁊ in qua quietetur:⁊ in quā diri
gat oēs actus ſuos. ¶ 2. eſt:qꝛ in nul
lo obiecto finito ſatiari aut q̇etari pōt:
⁊ ideo modo vult hoc:modo illud:nō
in ordine ad deū:nec eo ordine vel mo
do quo ordinauit deus:ĝ quelibet eſt
peccabilis. Unū Hiero. ī tractatu de fi-
lio prodigo. Solus deus eſt:in quem
non pōt cadere peccatum.

q Uo ad ſecūdū principale:quod
eſt declaratio:mouet̄ alia non
minꝰ difficilis queſtio:que ta
lis eſt. Quāuis deus nō potuerit ho-
minē impeccabilē facere ꝑ naturā:tn̄
potuit per grām:ſicut patet in beatis:
qui per dei gratiam preſeruantē pec-
care non poſſunt:loquendo de poten
tia peccandi propinqua:vt dicit Sco.
in.4.di.49.q.6. Quare ergo non fe-
cit hominem impeccabilem per gra-
tiam:preſeruādo eum a tot peccatis:
ex quibus ſecuta ſunt innumera ma-
la? Reſpondeo ſm Magiſtrū ſenten
tiarum in.2.di.23.⁊ ſanctū Bona.ibidē.
⁊ Alex. de alis in.2.parte.q.100.mem
bro.4.ar.2.⁊.q.119.membro.9.⁊ Cō
pendium theologie lib.2.c.65. Alioſqꝫ
doctores:ꝙ deus benedictus fecit ho
minem peccabilem:⁊ non impecca-
bilem:multis rōnibus.

¶ Primo ad manifeſtationē ſue libe-
ralitatis. Hāc.n.maxime manifeſtat:
peccatoribus non ſemel ſed millies in
dulgendo:non tantum minima pec-
cata:ſed maxima remittendo:non tā
tum peccata dimittendo:ſed poſt pec
catorum remiſſionem maximas gra
tias condonando. Exempla patent:in
Magdalena:Matheo:Petro:Pau
lo:Auguſtino:Cipriano:Loginꝰ:Ta
lem liberalitatē nō habent erga ſubdi
tos domini temporales. Hanc libe-
ralitatem deus nō manifeſtaſſet:ſi ho
mo peccabilis non fuiſſet. Uide.c. Dia
coni ſūt.93.di.⁊.c. Serpēs.d̄ pen.d.1.
Hinc documētū accipere debēt par-
tiales ⁊ iniuriati:vt faciles ſint ⁊ libe
rales in iniurijs remittendis:qꝛ ſcribi
tur Luce.6. Dimittite ⁊ dimittemini.
Eadē quippe menſura qua menſi fu
eritis:remetietur vobis.

¶ 2. Ad oſtenſionem ſue patiētie. Deu
me:quante patientie ſit deus:quis co
gitare queat? Ecce quotidie ab infide
libus:a fidelibus:a clericis:⁊ a religi
oſis:non ſolum offenditur:ſed ⁊ ma
ledicitur:negatur:⁊ blaſſemat̄:⁊ ta-
men deus eſt index iuſtus:fortis:⁊
patiens:in tantum ꝙ expectat.x.xx.⁊
centum annos. Quis dominus tem-
poral'.quis vir:que mulier:quis reli
gioſus:tātam ⁊ tam longam in iniu-
rijs habēt patientiā? Uide.c. Diaco-
ni ſunt.93.di. Hinc tribulati ⁊ iniuria
ti exemplum patiētie ſumere debent:
qꝛ ſcribitur. Jaco.5. Patiētes eſtote:
⁊ confirmate corda veſtra. Nolite in-
gemiſcere fratres in alterutrū. Exē-
plum accipite fratres longanimitatis
⁊ laboris ⁊ patiētie prophetas:qui lo
quuti ſunt in nomine domini. Multi
tamen oppoſitum operantur.

¶ 3. Ad oſtenſionem ſue ſapientie.
Signum ſapientie eſt:ſcire ordinare
bona cum bonis:qꝛ ſapientis eſt ordi
nare.1. Methaphi. Sed maioris ſa-
pientie oſtenſiuum eſt:ſcire ordinare
bona

bona cū malis: et ex malis elicere bona. Hoc non ostendisset deus nisi homo fuisset peccabilis. O deus benedictus: quot bona venerunt propter primi parentis peccatum: quot ieiunia: vigilie: orationes: elemosine: castitates: paupertates: quot religiones: quot studia scripturarum: quot doctores: quot confessores: quot predicatores: quot misse: quot tentationes: quot victorie: quot fames: frigora et estus tolerata sunt propter deū: quot peregrinationes propter deum: quot discipline: quot verbera: quot vulnera: quot tormenta: quot mortes tolerate sunt propter amorem dei. Hinc debent omnes christi fideles sapientie exemplum sumere: vt de omnibus malis siue spiritualibus siue corporalibus que occurrunt: semper eliciāt aliquod bonum: recte iudicando: cōpatiendo: indulgendo: non malum pro malo reddēdo: nec maledictum pro maledicto: sed econtrario benedicendo. Quia in hoc vocati estis: vt benedictionem hereditate possideatis. i. Petri. 3.

¶ 4. Ad ostensionem sue potētie. Sicut declarat. S. Bona. Uoluit deus ostendere homini: quod sicut sine ipso factus non fuerat: ita nec sine ipso persistere poterat. Preterea: scimus: quod Romani per longum temporis spacium: totum vniuersum subiugauerunt: per prudentiam: sapientiam: et fortitudinem suam: per peccuniam: per amicitiam: per tot sudores: per labores: per bella: per mortem: expugnando primo Sannites: Albanos: et alios conuicaneos: postmodum Affros: Grecos: Orientales: demū Gallos: Sueuos: et alios Occidentales: et sic Roma mundi caput constituta est. Et tamen deus sua mirabili potentia per vnum virum pauperem vilem et inermem: Petrum: videlicet apostolum: Romam subiugauit: et fecit illā christiane relligionis caput. Quis ignorat: quot particulares potētatus erāt in vniuerso? et tamen deus per duodecim scalciatos pauperes piscatores et illiteratos: dulcissimo fidei iugo subdidit asperrimas gentes et siluestres: Affros: Britānos: Tartaros: Indos: et Persas. O magnā dei potentiam. Preterea: scimus: quod nihil est fortius leonibus: ferro: igni: et morte: et nihil debilius quam pueri et puelle in sua adolescentia: et tamen deus mirabili sua et occulta potentia fecit pueros et puellas vincere oīa supradicta: sicut patet in legendis sanctorum. O miram omnipotentis dei potentiam. Quid apud homines maius: quid difficilius: quam mortuos suscitare? et tamen deus fecit suscitare aliquando quadraginta in vna vice: sicut fecit beatus Andreas. O quam mira: o quam stupenda est dei potentia: que sic manifestata non fuisset: si homo peccabilis non esset. Hinc debemus exemplum potētie et fortitudinis sumere: in temptationibus: in laboribus: in angustijs: quia dei potentia protegit nos. Unde ait Propheta in psalmo: Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala: quoniā tu mecum es.

¶ 5. Ad ostensionem sue iustitie. Nam deus in omni opere suo et misericordiam suam et iustitiam simul manifestat: vt dicit Scotus et doctores in. 4.

di.46.ƒm illud ps. Universe vie domini misericordia et veritas: ergo congruum fuit: ut circa rationalem creaturā utrāque simul ondēderet: misericordiā: remittendo peccata cōuersis: et iustitiā: puniendo peccata in obstinatis. Hanc iustitiam demonstrauit: mūdū diluuio submergendo. Gen.7. Sodomam et Gomorram comburendo. Gen.19. Uiuos submergendo: Chore Dathan et Abiron. Numeri.16. Gentes in infidelitate per tā longum spatium temporis relinquendo. Judeos olim sibi charissimos abiiciendo. O dei iustitiam magnam. O dei iustitiam formidandam. Hinc peccatores timoris exemplū sumere debent: quia tāta est diuina iustitia: quod nec vnicum verbum ociosum dimittit impunitum.

¶6. Ad ostensionem sue pietatis. O quante pietatis est deus in remissione peccatorum. Hec autem pietas: et si multis modis nobis ostēsa sit: precipue tamē ī incarnatione et passione filij sui: dicente Paulo ad Titum.3. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei: nō ex operibus iustitie: que fecimus nos: sed ƒm misericordiam suam saluos nos fecit. ¶Unde Gregorius in prefatione canit. O vere necessariū Ade peccatum: quod Christi morte deletum est. O felix culpa: que talem ac tantū meruit habere redemptorem. Hoc non fuisset: si homo impeccabilis esset. Hinc possunt duri et crudeles exemplum pietatis et misericordie assumere: vt exequi valeant: quod Christus edocuit: dicēs Luce.6. Estote misericordes: sicut et pr̄ vr̄ misericors ē.

¶7. Ad maiorem vniuersi perfectionem. Ex hominis peccabilitate mundus extensiue perfectior est: quia longiori tempore durat. Nam si homo impeccabilis factus esset: iam forte electorum numerus completus esset: et presens vita terminata: et celi nō amplius mouerent: et plures modo sunt hoīes quā eēnt. Preterea: si hō fuisset impeccabilis: mūdus iste in quo sumus: ab hoib⁹ nō fuisset habitatus: sed ab animalibus tm̄. Non fuissent tot genera seminū: saltē in tanta quantitate: nō artes: nō negociatio: nō palatia: nō tot pulchre ciuitates: tot castra: tot vestes: tot bella: tot festa: tot triumphi: nō fuissent tot reges: tot imperatores: nō clerici: nō religiosi: non episcopi: non cardinales: non summi pontifices. O quāta varietas ex pctō cōsecuta est. Uarietas aūt est delectabilis super oīa: vt dicit phs.7. Ethi.

¶8. Ad maiorē celi empirei perfectionem. Celū enim empireū magis fulgidū et luminosum erit: ex maiori beatorū gloria: qr ƒm quod declarāt Theologi in.4.di.49. et Sco. ibidem.q.15. ex maiori merito: et ex maiori gloria anime: maior claritas resultat in corpore: ex maiori claritate in corpore: maior claritas et gloria in celo empireo: Cicatrices martyrum et vulnera Christi fulgebūt sicut sol. Hec omnia non fuissent: si homo peccabilis non esset. Hinc debet peccator quisque exēplum sumere: vt de malis que antea fecit: plurima bona semp eliciat: magis semetipsum humiliando: conterēdo: ieiunando: disciplinando: elemosinas faciēdo: orando: contemplando: quia si fulgebunt iusti sicut sol in regno

gis patris eorum Matth. 13. magis iusti: magis fulgebunt: maxime iusti: maxime fulgebunt.

¶ 9. Ad diaboli reprimendam querimoniam. Si enim deus hominem impeccabilem fecisset: tunc diabolus dixisset. Ab deus: contra me inique egisti. Tu me fecisti spiritualem et incorruptibilem: et tamen peccabilem: et hominem corporalem et corruptibilem: et tamen impeccabilem. Tu me fecisti prope te: et hominem longe a te. Tu me fecisti in loco nobili: et hominem in ignobili. Tu me fecisti potentem: et sapientem: et hominem debilem et ignorantem: et tamen me fecisti peccabilem: et ipsum impeccabilem. Inique egisti contra me. Et ideo factus est homo peccabilis: vt clauderetur os diaboli: ne materiam haberet iuste querele.

¶ 10. Ad hominis gloriam augmentandam. Quid enim meruisset homo: si deus eum impeccabilem fecisset per naturam: cum secundum philosophum. In naturalibus neque meremur: neque demeremur. Preterea: qua facie ingressus fuisset paradisum? Exemplum rustici: qui in die festo ingreditur domum domini sui: et ex verecundia totum se torquet: nec audet panem vel vinum petere: sed famulus vel amicus: qui pro aliquo domini magno negocio multum laborauit: totus madesfactus et fessus: quia meruit: audacter petit: et clamat. Cito preparetur ignis. Affer panem et vinum. Sic homo: qui nunc pro dei amore laborat in prelio: contra demones: contra mundum: contra carnem: contra superbiam: contra auaritiam: cum hec omnia bella consummauerit: totus letus cum magna confidentia intrabit in regnum celorum: quia pallium illud veraci et sanguinolenta victoria promeruit. O cum quanta fiducia. O cum quanta confidentia: cum quanto gaudio et tripudio: introibit anima in celum: quando recolet: quod pro dei amore: cum tanto labore: cum tot temptationibus.

¶ Primo obseruauit omnia diuina mandata. Exo. 20. descripta. c. Si is xj. q. 3.

¶ 2. quia obseruauit omnia ecclesie precepta. Vide. c. Siqui presbyteri. 81. di.

¶ 3. Quia deuote suscepit et adimpleuit omnia ecclesiastica sacramenta. c. Nec. 1. q. 1.

¶ 4. quia theologicis virtutibus fide spe et caritate ornata fuit. c. Quia passus. De cons. di. 2.

¶ 5. Quia quattuor cardinalibus virtutibus vestita fuit. De quibus abunde habetur. 3. et 4. Ethycorum.

¶ 6. Quia moralibus virtutibus coronata fuit. iuxta. c. Sapiens. De pen. di. 2.

¶ 7. Quia spiritus sancti donis dotata fuit: quia vere fidelis. c. Audiuimus. 24. q. 1.

¶ 8. Quia omnia misericordie opera fideliter adimpleuit. iuxta. c. In singulis. c. Non satis. 86. di.

¶ 9. Quia sensus omnes a vanitate custodiuit. iuxta illud psalmi. Auerte oculos meos ne videant. etc.


¶ 10. Quia milies propriam voluntatem abnegauit: doluit: penituit: iudicauit semetipsum. c. Actione. De pen. di. 1. Nauta post periculum et tempestatem: magis letatur. Agricola post labores: dulcius decerpit fructus. Aues post nubilum: iocundius decantant. Qui comedit ad expensas alterius: cum timore comedit et verecundia. Sed ille qui lucratus est cum suis laboribus: comedit cum fiducia et letitia magna. Nam



Gratior est fructus: post multa pericula partus. Propter hoc de electis clamat. Isa. c. 9. Letabuntur corã te sicut letantur in messe: sicut exultant victores capta pda: qñ diuidũt spolia. Hoc modo ille Troianus Eneas videns socios suos in multis periculis laborare: et quasi deficere: spe premij dulcorãs: hortabatur eos dicẽs. O socii: neqꝫ enim ignari fuimus ante malorum.
O passi grauiora: dabit deus his quoqꝫ finem.
Uos et scilleiã rabiẽ: et ciclopeia saxa
Experti: reuocate animũ: mestumqꝫ timorem
Mittite. Forsan et hec olim meminisse iuuabit:
Per varios casus: per tot discrimina rerum
Tendimus in latium: sedes vbi fata quietas
Ostendunt: illic pbas regna resurgere troie.

q Uo ad tertiũ principale considerandum: quod est confirmatio. ¶ Notandũ: qꝫ Origenes super Numeri. 22. omnia supradicta confirmare videtur: et adducit quattuor exempla singularissima. ¶ Primum est de Joseph. ¶ Secũdũ de Balaac. ¶ Tertium de Juda. ¶ Quartum de diabolo: sic dicens ad litteram. Maliciã deus non fecit: tamen cum ab alijs inuentam possit prohibere: non prohibet: sed cum ipsis a quibus habetur: vtitur ea ad necessarias causas. Per ipsos enim in quibus est malitia: claros et probatos efficit eos: qui ad virtutum gloriam tendunt. Nam si perimeretur malicia non esset vtiqꝫ qui contrairet virtutibus: virtus autem non habens aliquod cõtrarium: non claresceret: nec splendidior aut examinatior fieret. Non probata vero: nec examinata virtus: nec virtus esset. Ueniamus ad Joseph. Tolle maliciam fratrum eius: tolle inuidiã: tolle illud omne parricidiale commentum: qua seuierunt in fratrem: vsqꝫ quo venderent eum. Si hec auferas: vide quantam simul peremeris dispensationem dei. Simul enim abscides cũcta illa: que apud egyptũ per Joseph pro salute omnium gesta sunt. Non fuisset interpretatio somnii Pharaonis: si per inuidiã fratrũ non fuisset Joseph distractus: et venisset in egyptũ. Nemo intellexisset: que deus reuellauerat regi. Nemo frumenta congregasset in Egypto. Nemo necessitatem famis sapienti prouisione curasset. Perijsset egyptus perijssent et finitime regiones: fame interisset etiam ipse Israel et semen eius querens panem: Egyptum nõ fuisset ingressus: neqꝫ egressi fuissent ex ea filij Israel cum mirabilibus domini. Nusqꝫ plage i egyptios: neqꝫ virtutes ille quas fecit deus per Moysen et Aaron. Nemo rubrum mare siccis vestigijs incessisset. Cibum manne mortalis vita nescisset. Nulla de sequenti petra aquarum flucta prorupissent. Lex a deo hominibus data nõ fuisset. Que i Exodo: que in Leuitico: in Numeris etiam et Deuteronomio referuntur: ad humani generis notitiam non venissent. Hereditatem certe paternam et terram promissionis nullus intrasset.

Et vt



Et vt ad hec que habentur in mani⸗bus veniamus: tolle Balaac huius regis pessimi maliciam: qua maledi ci desiderat Israelē: aufer eius astu tiā: qua inuitabat Balaam ad deuo⸗tandū populum: pariter abstuleris erga filios Israel dispensationē dei: et prouidentie eius fauorem. Nusq̄ prophetie ille erunt: que per os Ba⸗laam et filijs Israel et gentibus pro⸗phetantur. Quod si etiam noui testa menti cupis de hoc testim onijs con⸗firmari. Si auferas maliciā Jude: proditionemq̄ eius perimas: abstu⸗leris pariter crucem Christi et passio nem eius: et si non sit crux: non exu⸗untur principatus et potestates: nec triumphantur in ligno crucis. Si nō fuisset mors Christi: vtiq̄ nec resur⸗rectio fuisset: nec extitisset aliq̄s pri⸗mogenitꝰ ex mortuis. Et si n̄ fuisset primogenitus ex mortuis: nec spes nobis resurrectionis fuisset. Simili modo: et de ipso diabolo ponamus: verbi gratia: necessitate aliqua con⸗strictum ne peccaret: vel post pecca⸗tum ablatam fuisse ab eo malicie vo luntatem: simul vtiq̄ ablatum fuis⸗set a nobis certamen aduersus insi⸗dias diaboli. Nec expectaretur coro⸗na victorie: ei qui legitime certasset: si non haberemus: qui aduersum nos obsisterent: agones non essent: nec victoribus munera ponerentur: nec regnum celorum vincentibus pa taretur: neq̄ momentarium et leue tribulationis nostre: supra modum pondus glorie operaretur nobis in fu turo: nec aliquis nostrum pro tribu lationum patientia speraret in men⸗sam gloriam futurorum: ex quibus omnibus colligitur: quia deus nō so lum bonis vtatur ad opus bonum: sed et malis. Et hoc vere mirabile ē: q̄ vasis malis vtitur deus ad opus bonum. Hec Origenes. Et sic patet quare deus fecit hominē peccabilē: quare permittit hominē descendere in egyptū: quare seruire Pharaoni: O dei iudicia magna. O dei iudicia inscrutabilia. Uenite ergo: ascenda⸗mus ad montem domini: et docebit nos vias suas: amen.

¶ De multiplici originalis peccati de⸗claratione: nomine: pariter et puni⸗tione. Cap. 6.

Venite: ascendamus ad mon tem domini: et docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec verba in ps. 31. Beati quo⸗rum remisse sunt iniquitates: et quo⸗rum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatū: nec est in spiritu eius dolus. Prophe ta diuino afflatus spiritu: hominem in hac mortali vita degentem quadri fariam pronunciat esse beatum.

¶ Primo ex originalis peccati remis sione: cum dicit. Beati quorum re⸗misse sunt iniquitates. i. originale pec catum: in quo homo concipitur: s̄m illud ps̄. 50. Ecce enim in iniquitati⸗bus conceptus sum. Et ista beatitu⸗do acquiritur mediante sacramento baptismi: in q̄ originale pctm̄ delet: put tz Sco. et theol. scbola i. 4. di. 2.

¶ 2. ex actualis et mortalis pcti mun datione: cū dicit. Beati quorum tecta sunt peccata: scilicet mortalia et actua lia. Et ista beatitudo acquiritur me⸗

diante sacramento penitentie: in quo mortalia peccata teguntur et remittuntur: sic declarat doctor subtilis Sco. in.4.di.14.et.15. cum tota theologorum schola. ¶ 3.ex venialis peccati purificatione: cum dicit. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: scilicet veniale. Et ista beatitudo acquiritur mediante sacramento extreme unctionis: vt volunt aliqui: mediante aque benedicte aspersione: pectoris tunsione: et huiusmodi multis: quibus venialia peccata purgantur. ¶ 4.ex intentionis rectificatione: cum dicit. Nec est in spiritu eius dolus. Illi non habent in spiritu suo dolum: qui simpliciter ambulant: et tales sunt beati. Secundum illud Math.5. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Hec omnia in verbis propositis designantur: super quibus: de originali peccato tria proponimus misteria declaranda.

¶ Primum dicitur Declaratio.
¶ Secundum dicitur Nominatio.
¶ Tertium dicitur Punitio.

Quo ad primum: quod est declaratio. Secundum doctrinam Alex. de alis in.2.parte.q.122. et Tho.in.q. disputatis.q.de originali peccato ar.1. et Sco.in.2.di.31.et.32.de originali peccato pono octo singularissima dicta.

¶ Primum Licet Pellagiani heretici negauerint aliquod peccatum per originem posse traduci: et ex hoc ex magna parte negauerint necessitatem redemptionis facte per Christum: et pueros baptizandi: contra ecclesie consuetudinem: vt dicit Tho. vbi supra tamen secundum Alex. vbi supra. peccatum originale est in humana natura. Et probatur multiplici via. ¶ Primo per bestiarum timorem. Nam ante hominis primum peccatum: animalia hominem timebant: et eius dominio subijciebantur. Gen.1. nunc vero econtrario est: et precipue timet homo serpentem: quem Eua ante peccatum non timuit. Gen.3. Et iste timor est pena: et est omnium hominum: ergo est pena naturalis: ergo tota natura est noxia: et peccato inuoluta: aliter deus esset iniustus: si puniret omnes sine peccato: hoc est falsum: ergo peccatum originale est: quod est peccatum nature. ¶ 2.per mulierum parturientium dolorem. Cum ergo omnium mulierum parturientium sit dolor et pena: erit dolor et pena naturalis: ergo est culpa originalis: ex qua procedit. Gen.3. ¶ 3. per puerorum afflictionem. Pueri qui nullum actuale peccatum commiserunt: plurima patiuntur: combustiones: febres: variasque egritudines: et hoc iniustum esset: si omnimode essent innocentes: ergo in eis precessit peccatum: non actuale: sed originale: ergo originale est. ¶ 4.per sanctorum pugnam. Sancti.n. habent pugnam contra concupiscentiam carnis: secundum Apostolum ad Gal.5. et ista pugna est bona: et etiam in sanctis gloriosa: ergo concupiscentia carnis contra quam est: est mala: et est generalis: ergo dat malum generale omnium: et originale peccatum. ¶ 5. Per Isaac circumcisionem. Isaac: qui fuit filius promissionis et non naturalis: qui sterili patri et sterili matri datus est: nisi circumcisus fuisset: perijsset: quia a domino dictum erat. Gen.17. Masculus cuius preputij caro circumcisa non fuerit: peribit anima illa de populo suo: sed non perijsset: nisi per peccatum: ergo peccatum originale habebat Isaac tam sancte natus: ergo multo fortius et nos omnes habemus: ergo originale peccatum est.

¶ 6.

¶6. per primorum parentum coopertionem. Nam fecerunt sibi perizomata. Gen.3. et propter hoc: quia quedam membra dicuntur pudibunda. Sed unde hoc? Certe: non nisi propter peccati corruptionem in porta sue originis operantem. ¶7. per sacre Scripture attestationem. Clamat enim veritas. Jo.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: non potest introire in regnum dei. Si ergo omnes oportet renasci: ergo omnes mortui sunt: per peccatum scilicet originale. Loquitur enim generaliter et neminem excludit. Et Paulus ad Ro.5. Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: supple transivit originale peccatum: ergo peccatum mortale est. Hec ex Alex. de alis. Quod peccatum originale sit: quotidie experiuntur parvuli vagientes: mulieres parturientes: peccatores bestias formidantes: viri sancti contra carnis concupiscentiam preliantes.

¶2. Peccatum originale formaliter secundum Sco. in 2. di. 32. est carentia iustitie originalis debite: quia accepte in primo parente: et in ipso amisse. ¶Adam enim accepit a deo iustitiam originalem pro se et pro tota natura humana que tunc erat in eo: et ideo deus iuste exigit a tota natura: in quocunque sit: illam iustitiam quam dedit nature: et quilibet illius nature est debitor talis iustitie: et quia Adam suo peccato personali nudavit et spoliavit naturam iustitia originali debita: ideo nudata natura a tali iustitia debita: in quocunque facit naturam: facit illam tali iustitia nudam: et talis iustitie debitricem: et sic in peccato originali: quod est carentia iustitie originalis debite: quia accepte in primo parente: et in ipso amisse. Unde Ansel. de concept. virgi. lib. primo. c.27. ait. Per peccatum: quod originale dico: aliud intelligere nequeo in ipsis infantibus: nisi factam per inobedientiam Ade: iustitie debite nuditatem: per quam omnes sunt filii ire. hec ille. Et sic peccatum originale est formaliter privatio et carentia iustitie originalis debite in propagatis ab Adam.

¶3. Peccatum originale secundum Scotum ubi supra: materialiter loquendo: est concupiscentia in appetitu rationali: idest in voluntate. Ubi notandum secundum ipsum Sco. quod concupiscentia tribus modis accipitur ex parte appetitus sensitivi: primo ut est actus: secundo ut est habitus: tertio ut est pronitas in appetitu sensitivo: et nullum istorum est formaliter peccatum: quia non est peccatum in parte sensitiva: secundum Ansel. ubi supra. c.3. et 4. Tribus etiam modis accipitur ex parte appetitus rationalis idest voluntatis. Primo ut est actus concupiscendi: et sic concupiscentia non est peccatum originale. Secundo ut est habitus concupiscendi ex frequentatis actibus generatus: et sic concupiscentia non est peccatum originale: quia parvuli non habent concupiscentiam his duobus modis: et tamen habent peccatum originale. Tertio ut est pronitas in appetitu rationali. i. in voluntate ad concupiscendum delectabilia immoderate: que voluntas nata est condelectari appetitui sensitivo cui coniungitur. Et hoc modo concupiscentia est materiale peccati originalis: quia per carentiam iustitie originalis: que erat sicut frenum cohibens ipsam ab immoderata delectatione: ipsa non positive: sed per privationem fit prona ad concupiscendum immoderate delectabilia. Sicut equus fracto freno quo detinebatur: habet motum et cursum inordinatum: quem cohiberet illud fre-

num:si inesset. Concordat. S. Tho. in.q. disputatis: de peccato originali. arti.2. dicens. Peccatum originale in hoc homine vel illo: nil aliud est quam concupiscentia cum carentia originalis iustitie: ita tamen: quod carentia originalis iustitie est quasi formale in peccato originali: concupiscentia autem est quasi materiale. Sicut in pctō actuali auersio ab incommutabili bono est quasi formale: conuersio autem ad commutabile bonum: quasi materiale. Hec ille. Hanc pronitatem ad concupiscendum experiuntur quotidie tam viri quam mulieres: senes et iuuenes: peccatores et iusti.

¶ 4. Originale peccatum contractum est per primorum parentum inobedientiam: et principaliter per inobedientiam Ade: que in ligni scientie boni et mali fructu prohibito fuit. Ratio huius est: vt dicit Alex. de alis in 2. parte. q. 122. mēbro.3. ar.3. Quia prohibitio facta fuit ipsi Ade: inquantum erat habēs naturam totam in se: vel per quā alij descenderēt per propagationem: et ita prohibitio non tm̄ extendebatur ad ipsum: sed ad eos qui erāt in ipso seminaliter. Si.n. prohibitio facta fuit Eue in Adam: que non descendit ab ipso per propagationem: sed per quandam formationē: multo fortius descēdere debebat ad eos qui seminaliter erāt in eo. Et ideo licet Adam peccauerit peccato superbie: si appetijt esse sicut deus: et peccato auaritie: si habuit inordinatū appetitum scientie: et peccato gule: quia habuit inordinatam delectationē pomi: tamen peccatū originale cōtractū est per eius inobedientiā: dicente Paulo ad Ro.5. Per inobedientiā vnius hominis: peccatores cōstituti sunt multi.

¶ 5. Anima cōtrahit peccatū originale mediante carne ab Adam seminaliter propagata. Sic enim dicit Sco. in 2. di.32. Non est intelligendū: quod caro quasi per quādam qualitatem in ea causatam: causet istud peccatū originale in anima: sed ex hoc quod caro concupiscibiliter seminatur: et ex ipsa formatur corpus organicum: cui infunditur anima: cōstituens personā: que ē filius Ade. Ista ergo persona: quia naturalis filius Ade: ideo debitrix est iustitie originalis: date a deo ipsi Ade pro omnibus filiis: et caret ea: ergo habet peccatū originale. Contrahit igitur peccatū originale mediante carne: per quam est filius Ade: et debitor originalis iustitie: qua caret per Ade peccatū: vnde propheta in ps. Et in peccatis concepit me mater mea.

¶ 6. Originale peccatum vnicum est in vna persona. Cuius ratio est secundum Alex. de alis in.2. parte. q.122. membro.8. Quia iustitia originalis secundum quā homo poterat in bono stare: opponebatur originali peccato: et sicut iustitia originalis fuisset vna in vno homine: ita ē vnum peccatum originale in vno homine. Et si in sacra scriptura aliquando dicatur originale peccatum pluraliter: vt est illud ps. Beati quorum remisse sunt iniquitates: hoc dicitur ratione diuersarum inclinationum secundum concupiscentiam quātum ad diuersas potentias: et vires: vel quantum ad inclinationē ad diuersa actualia peccata: ad que inclinat: peccatum ergo originale in vno homine vnicum est: concupiscentie vero et inclinationes male plurime. Heu. Heu quot sunt concupiscentie: quot inclinationes

nes vitiose: quot effrenate volũtates.
¶ 7. Peccatum originale non est maius in vno q̃ in alio: licet ei⁹ effectus sit maior. Unde dicit Alex. de alis in 2. parte. q. 122. membro. 9. arti. 2. Quantum ad effectum alicuius pene in futuro: vnum peccatum originale non est maius alio: quia non plus in futuro punietur in vno q̃ in alio: similiter etiam videtur priuare iustitiã originalem: que est eiusdem rationis in omnibus: quo ad gradum specificum: ꝛ si nõ quo ad gradum indiuidualem. Sed quantum ad effectum alicuius pene presentis: potest vnum originale esse maius alio: hoc autem non est quia originale sit in se maius vel minus: sed q2 in q̃dã natura plus habet de effectu. Nam quidam est pronior ad incontinentiam: quidam ad auaritiam: quidam ad hebetudinem ꝛ ignorantiam: ꝛ ratio est: quia malicia complexionis que est in corpore: cum originali cõsonat: ꝛ inclinat ad vitia. Cõcordat Sco. i. 2. di. 32
¶ 8. Peccatũ originale per baptismũ deletur quo ad debitum originalis iustitie: ꝛ quo ad reatum: sed nõ quo ad actũ ꝛ concupiscẽtiam. Unde. S. Tho. in. q. disputatis: de originali peccato. ar. 2. in rñsione ad. x. arg. ꝛ. q. 6. i rñsione ad. 4. ar. dicit. Pcẽꝫ originale opponit̃ iustitie originali: per quã superior pars anime ꝛ deo coniungebatur: ꝛ inferioribus viribus imperabat: ꝛ etiam corpus absq3 corruptione poterat cõseruare: per baptismum ergo tollitur peccatum originale quantum ad hoc: ꝙ datur gratia: per quam superior pars anime deo coniungitur. Non autem datur anime virtus: per quam possit conseruare corpus absq3 corruptione: aut p quam possit superior pars conserue re inferiores absq3 omni rebellione. Unde mane ꝛ post baptismum ꝛ necessitas moriendi: ꝛ concupiscentia: que est materiale in originali peccato. Hec Thomas. De hac concupiscentia que remanet post baptismum: dicit Paulus ad Romanos. 7. Uideo aliam legem in membris meis: repugnantem legi mentis mee: ꝛ captiuantem me in lege peccati: que ẽ in membris meis. Infelix ego: quis me liberabit de carcere mortis huius? O q̃ terribilis est concupiscentia ista. ꝛc̃.

Quo ad secundum principale: quod est nominatio. Sciendum est ꝙ ſm doctrinã Alex. de alis in. 2. parte. q. 122. membro. 7. ar. 8. Et Tho. in. q. disputatis: de peccato originali. Et Sco. in. 2. dist. 32. aliorũq3 theologorũ in eadeꝫ distinctione: ꝛ Compendij theologie. lib. 3. capitulo nono. Peccatum originale multiplici nomine nominatur: sicut ꝛ multiplices respectus habet ad diuersa comparatum. Ex huiusmodi autem nominibus: quante malignitatis: quante corruptionis: quantiq3 dispendij fuerit patefiet.
¶ Primo Uocatur Peccatũ protoplausti: siue peccatuꝫ primi hominis: siue pctm̃ Ade: ꝛ hoc quo ad suum authorẽ. Uñ. s. Tho. in. q. disputatis de originali pctõ. ar. 2. dicit. Sicut. n. peccatum in manu vel in oculo nihil aliud est nisi id qđ peruenit ad manũ vel ad oculũ ex motione primi principij peccantis: quod est volũtas: ita peccatũ originale in isto homine vel illo: nihil aliud est q̃ id qđ ad ipsum peruenit per originẽ ex peccato primi pa

ter procedit ex Adam: vel ex his qui ab Adam processerunt: nullo modo contraheret originale pctm: nisi seminaliter propagaret ex eo: sicut nec et peccatum originale cotraheret si aliquis homo de nouo formaret de terra. Hec ille. Quia ergo originale peccatum per propagatione cotrahitur: merito preputium nominatur. Unde Paulus Ad Collo.2. Et vos cu mortui essetis in delictis et preputio carnis vestre.i.in peccato origninali fm Lyram ibidem.

¶ 7. Naturale. Et hoc quo ad natura inficientem. Na vt dicit Alex. de alis in.2.parte.q.122.membro.5. Ada per inobedictia peccans corrupit personam suam: et sua persona corrupta totam corrupit naturam ab eo propagaliter seminata. Natura vero corrupta de comuni lege corrumpit omnes persona: habente natura sic ab Adam seminatam: et quia filii a parentibus recipiunt natura infecta: et maculata: ideo et originale peccatu cotrahunt: et ideo vocatur peccatum naturale. Unde Paulus ad Ephe.2. Eramus natura filij ire. Ubi Lyra: idest nati in peccato originali: quod dicitur peccatum naturale inquantum contrahitur a parentibus ex corruptione nature. Hec Lyra.

¶ 8. Seruitus siue captiuitas. Et hoc quo ad demonem captiuantem. Nam per peccatum originale homo qui erat sub dei dominio constitutus: captiuatus est sub dominio diaboli: et factus est eius seruus fm illud.2. Petri.2. A quo enim quis superatus est: huius et seruus e. Factus e etia seruus alterius hominis: factus e et seruus corruptionis et peccati dicente Petro vbi supra: cu ipsi sint serui corruptionis. Un et mulieri dictu e Gen.3. Sub viri potestate eris et ipse dominabit tui. De hac seruitute dicit Paulus ad Ro.7. Lex spiritualis est: ego aut carnalis sum venundatus sub pctō.

¶ 9. Tenebre. Et hoc q ad intellectum Nam per originale peccatu obscuratus est intellectus humanus: et a lumine diuine conteplationis: et a claritate scientie naturalis: qua habuisset si ho in statu innocetie perstitisset. Un S. Tho.in.q.disputatis: de originali peccato.ar.2.circa fine dicit. Defectus intellectus etia materialiter continetur sub peccato originali: qui quidem defectus e caretia illius sciētie naturalis: qua ho in primo statu habuisset. Hec ille. De his tenebris scribit Luc. i. Illuminare his q in tenebris et vmbra mortis sedet. Et Paul. ad Ephe. 4. Tenebris obscuratu habetes intellectum: alienati a via dei.

¶ 10. Cocupiscibilitas. Et hoc quo ad vim cocupiscibile volutatis in potetia remota. Nam vt dicit Alex. de alis in 2.parte.q.122.mebro.7.ar.8. In paruulis ex originali peccato est quedam pronitas ad inordinate concupiscendu delectabilia: sed in potetia remota: et vocatur Concupiscibilitas: et est quedam corruptio in carne per peccatum Ade: ex qua oriuntur omnia fere peccata. Unde mistice scribit Gen. 6. Corrupta est autem terra.i.caro humana: coram domino: et repleta est iniquitate. Heu heu q maledicta est radix ista ex qua oriuntur diabolici fructus: et tot opera tenebrarum.

¶ xi. Concupiscentia. Et hoc quo ad vim concupiscibile volutatis in potetia propinqua. Sicut enim dicit Alex.

de alis in.2 parte.q.122.vbi supra. In adultis ex originali peccato est quedã inclinatio ad imoderate concupiscendum delectabilia: sed in potētia ꝓpinqua: ꝛ vocatur concupiscētia: per quã homo allicitur ad peccatū. Unde scribitur Jaco.1. Unusquisqꝫ vero temptatur a concupiscentia sua abstractus ꝛ illectus. Hic pratica de ꝓuocatione iuuenū: ꝛ senum.

¶12. Libido. Et hoc quo ad vim concupiscibilē volūtatis in actu. Sicut.n. dicit Alex. de alis vbi supra. In adultis est quedã corruptio in carne ex peccato originali: que actualiter inclinat ad actū cōcupiscendi imoderate delectabilia. Et vocatur libido: que sonat viciū cōcupiscētie in actu. De qua scribitur Jaco.1. Cōcupiscētia cū cōceperit parit peccatum: idest cōcupiscentia cum inualuerit: inducit ad cōsensum perfectū: vbi est peccatū ēt sine opere exteriori. Ista actualis cōcupiscentia est ruina vniuersi.

¶13. Corruptio. Et hoc q̄ ad bonū naturale. Sicut.n. declarat Alex. de alis vbi supra. Peccatū originale diminuit bonū naturale ꝛ ideo vocaṫ corruptio. Non est aūt intelligendum ꝙ per peccatū originale diminuatur aliqua pars nature: sed dicitur diminuere: q2 ipsam naturã reddit inhabilem ad bene operandū: ꝛ priuat bono vsu sui: vt declarat Sco. in.2.di.37. Diciṫ ēt peccatum originale corruptio: quia ducit ad nihil.i. ad peccatū. De ista corruptione: que est peccatuꝫ originale: ꝛ priuat naturaꝫ bono vsu ꝛ reddit inhabilē ad bonum ꝛ pronã ad malum: dicit Propħa in ps.13. Corrupti sunt ꝛ abhominabiles facti sunt in studijs suis: nō est qui faciat bonū. nō est vsqꝫ ad vnū.

¶14. Uicium. Et hoc quo ad bonum virtuosum ꝛ morale. Nã fꝫ Alex. de alis vbi supra. Peccatū originale hēt in se ꝛ causat in hoīe quandã oppositionē siue repugnãtiã ad virtutē. Unñ oēs in originali peccato concepti cum difficultate virtutes operanṫ ꝓp predictã repugnantiam. Unñ Juuenis ille cū audisset a christo. Dia quecūqꝫ habes vende ꝛ da pauperibus: contristatus est q2 diues erat valde. Luce.18. De ista difficultate operandi bonū dicit veritas Math.7. Quam angusta porta ꝛ arta via est que ducit ad vitã: ꝛ pauci sunt qui inueniunt eam. Hic pratica quantã faciãt hoīes resistētiã ad bonū. Heu quotiēs a deo inspirantur: a ꝑdicatoribꝰ exhortanṫ: a bonis exēplis incitanṫ: ꝛ tñ virtutibꝰ terga vertunt resistūt impugnant.

¶15. Languor nature. Et hoc quo ad perseueratiã. Nã vt dicit Alex. de alis vbi supra. Corruptio peccati originalis ꝑseuerat in hoīe. ꝛ vsqꝫ ad mortē corrūpit bonum naturale: ꝛ diminuit modo ꝑdicto ꝛ facit resistentiã bono morali vsqꝫ quo sumus in carne: ꝛ ideo vocatur languor nature: q2 perseuerat ꝛ inueterascit cū natura. Unñ ꝛ Paulus: vt ab isto languore sanareṫ cupiebat ab ista languida carne separari: dicens ad Ro.7. Infelix ego hō: quis me liberabit de corpore mortis huiꝰ? O q̄ longus est iste lãguor.

¶16. Infirmitas. Et hoc quo ad impotentiã. Nã vt dicit Alex. de alis vbi supra. Hō ꝑ originale peccatū hēt impotentiã quandã ꝛ infirmitatem ad resistēdū malis motibus: cū.n. tentationes ꝛ mali motus insurgunt: debilis est ꝛ infirmus ad resistendū. Et ideo peccatū originale vocatur infirmitas.

Hanc

Hanc infirmitatē quotidie experiuntur viri ꝛ mulieres: qui in prima diaboli carnis tentatione succūbūt. Hāc infirmitatē in se sentiebat Propheta: qn̄ dicebat in ps. Miserere mei dn̄e: qm̄ infirmus sum.

¶ 17. Feditas. Et hoc quo ad deformitatē ꝛ ipulchritudinē. Nā ſm Alex. de alis vbi supra. Hō ex originali peccato: cōtrahit ex necessitate sordes spirituales: quib⁹ aīa rōnalis maculat: nec eas cauere pōt: ꝛ ideo vocatur feditas: q꜡ cōtra anime pulchritudinē. Heu quot sordes aīa misera cōtrahit ex peccati originalis inclinatione. De hac macula loquitur deus dicēs. Jere. 2. Si laueris te nitro: ꝛ multiplicaueris tibi herbā borith: maculata es in iniquitate tua corā me dic̄ dn̄s de⁹.

¶ 18. Pronitas. Et hoc quo ad dispositionem. Nam vt dicit. s. Tho. in. q. disputatis de originali peccato ar. 2. in respōsione ad. 7. arg. Voluntas hoīs destituta originali iustitia per peccatū originale incurrit omnem pronitatem ad eligendum mala: ꝛ ista pronitas vocatur originale peccatū disponens ad malum. De ista pronitate ad malū scribitur Gen. 6. Cuncta cogitatio cordis intenta est ad malū omni tempore. Pratica.

¶ 19. Lex carnis. Et hoc quo ad diuinam iustitiam. Nam vt dicit Alex. de alis: vbi supra. Propter peccatū primi parentis diuina iustitia faciente: inflicta est humane carni concupiscentia quedā: que vocatur lex carnis: stimulans ad malū. Vn̄ Paulus ad Ro. 5. Scio q꜡ non habitat in me hoc est in carne mea bonum. Et ad Gal. 5. Caro cōcupiscit aduersus spūm. Et iō pcīꝫ originale cōgrue vocat̄ lex carnis.

¶ 20. Lex membrorū. Et hoc quo ad humana membra. Sicut. n. declarat Alex. de alis. vbi supra. Peccatū originale. siue cōcupiscētie ex ipso cōtracta: dat quādā aptitudinem ad mala: que fiūt per humana membra: ꝛ quia mouet organa ad opera cōcupiscētie: vt scribit̄ in Cōpēdio Theologie li. 3. c. 9. ideo cōgrue vocatur lex mēbrorum. De ista membrorum lege dicit Paulus ad Ro. 7. Uideo aliā legē in mēbris meis repugnātem legi mentis mee: ꝛ captiuantē me in lege peccati: que est in membris meis. Hec est illa lex mēbrorum: que mouet oculos ad lasciuos aspectus: linguā ad inhonesta verba.

¶ 21. Tirānus. Et hoc quo ad violentiā. Sicut. n. declarat Alex. de alis. vbi supra. Cōcupia ex originali pcīo contracta: habꝫ in hoīe dn̄ationē quasi violētā: imo violētiā in quibusdā mēbris: puta genitalib⁹: in quib⁹ cōcupia surgit volūtate ēt nolēte ꝛ cōtradicēte: ꝛ pp istā violētā dn̄ationē vocat̄ ꝯgrue tirānus: quasi iniuste dn̄ans. De hoc tirāno captiuāte loquit̄ Paulus dicens ad Ro. 7. Uideo aliam legem in mēbris meis: captiuantē me in lege peccati. Hic pratica de violētia.

¶ 22. Fomes. Et hoc quo ad ꝯseruationē. Nā vt dic̄ Alex. d̄ alis. vbi. s̄. ꝛ Cōpen. Theologie li. 3. c. 9. Pcīꝫ originale dr̄ fomes q꜡ pcīꝫ fouet. Dr̄. n. fomes in carne: q꜡ ex carne fouet pcīꝫ in aīa ſm actū nutritiue ꝛ gn̄atiue. Cib⁹ n. ꝛ gn̄ationis actus cōcupiaꝫ fouēt ꝛ augumētāt: q̄ ad pcīꝫ ipellit. Vn̄ scribit̄ Gen. 3. Spinas ꝛ tribulos germinabit tibi. Terra. n. corporis nr̄i ꝯcupiscētiā ex originali pcīo cōtractā intra se fouet: ex qua tentationuꝫ tribulos germinat ꝛ spinas.

¶ 23. Stimulus carnis. Et hoc quo ad temptationem. Originale peccatum secundum compendium Theologie: et Alex. vbi supra. vocatur stimulus carnis: quia ipsam carnem stimulat ad primos motus: et ad peccandum. Dicitur stimulus carnis: quia stimulat animum ad consensum. Hic stimulus carnis quantum sit acutus: quantum venenosus: quis preualeat effari? Hoc viri: hoc mulieres quotidie experientia certa nouerunt. Hoc non solum peccatores: sed et viri iusti indesinenter experiuntur. Unde clamat celestium contemplator Paulus apostolus dicens. 2. ad Cor. 12. Ne magnitudo reuellationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane: qui me collaphizet.

¶ 24. Lex peccati. Et hoc quo ad consuetudinem. Originale peccatum et concupiscentia ex ipso contracta non solum ad peccatum stimulat: sed quasi consuetudinarie stimulat: vel non solum ad peccatum stimulat: sed et ad peccati consuetudinem: que consuetudo peccandi dici potest lex peccati: quia hominem tenet in peccato ligatum: sicut captiuum in carcere. Unde Paulus ad Ro. 7. Uideo aliam legem in membris meis: repugnantem legi mentis mee: et captiuantem me in lege peccati: que est in membris meis. Heu quot ligantur sub hac mala consuetudine: iurandi: mentiendi: furandi: adulterandi: blaffemandi.

¶ 25. Iniquitates. Et hoc quo ad multitudinem. Sicut enim declarat. S. Tho. in q. disputatis. q. de peccato originali ar. 8. in responsione ad primum argumentum. Licet peccatum originale in vno homine sit tantum vnum: dicitur tamen iniquitates in plurali propter tria. ¶ Primo. quia in peccato actuali primi parentis: ex quo peccatum originale causatur: fuit multiplex peccati deformitas: videlicet Superbia: Inobedientia: Gula et furtum. ¶ 2. quia peccatum originale est quodammodo causa sequentium peccatorum: et ita virtute continet in se multa peccata. Ex quo patet quod ab originali peccato originantur cogitationes male: fornicationes: adulteria: furta: falsa testimonia: et omnia alia peccata.

¶ 3. quia corruptio originalis peccati ad diuersas hominis partes pertinet. Nam viciauit vim rationalem: concupiscibilem: irascibilem: generatiuam: nutritiuam: visiuam: auditiuam: odoratiuam: gustatiuam et tactiuam: et omnes vires corporis et anime. Ideo peccatum originale congrue vocatur iniquitates in plurali. Unde ait Propheta in ps. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea: et ideo alibi clamat. Beati quorum remisse sunt iniquitates. i. peccatum originale: et quorum tecta sunt peccata. s. actualia.

Quo ad tertium principale considerandum: quod est punitio. Notandum secundum Sco. in. 2. di. 31. et 33. Et Alex de alis in 2. parte. q. 122. membro decimo: multe sunt pene et punitiones a diuina iustitia inflicte et accumulate pro primi parentis peccato humane nature: et sunt principaliter sex: cuius ratio et sufficientia accipitur secundum deformitates: que fuerunt in primi parentis peccato. Sicut enim declarat. s. Tho. in. q. disputatis. q. de peccato originali ar. 8. in responsione ad. 1. arg. In peccato Ade fuit multiplex peccati deformitas. videlicet Inobedientia: Gula: Furtum: et Superbia: et sic accipiuntur principaliter peccati originalis punitiones et pene sex.

¶ Prima

¶ Prima. fuit Sẽsus: et carnis rebellio. Et ista fuit punitio inobedientie. Nam ut dicit Lira super epistolã ad Ro.c.5. et Tho.in.q.disputatis de peccato originali.ar.2. Quãdiu Adã fuit deo obediẽs: et sensus erat subditus rõni et corpus anime: sed postquã Adã fuit deo inobediẽs factus comedendo de ligno scie cõtra dei preceptũ: vires inferiores rebelles fuerunt rationi: et corpus aie. Et rebellio viriũ inferiorum siue sensus ad rõnem figurata fuit Gen.3. quãdo deus dixit serpẽti. inimicitias ponã inter te et mulierẽ. Serpens est sensualitas. Mulier est portio siue rõ inferior: inter que est cõtinua pugna: dicẽte Paulo ad Ro.7. Uideo aliã legem in membris meis .i. in sensibus repugnãtem legi mẽtis mee .i. legi rationis. Et rebellio carnis ad animam figurata fuit Gen.3. qñ dixit deus Ade. Spinas et tribulos germinabit tibi .s. terra corporis tui. O quã grauis et quã continua est ista rebellio: insupportabilis: intollerabilis: nunquã hõ inuenit quietem.

¶ 2. Corporis labor et fatigatio. Et ista fuit punitio gule. Quia .n. primus homo cõtra dei preceptũ comedit de fructu ligni scie: ideo merito datus est sibi in penã labor corporis et fatigatio in querendo cibũ: et alia necessaria ad vite sustẽtationẽ. Et ista punitio exprimitur Gen.3. cũ dictũ est a deo. In laboribus comedes ex ea oibus diebus vite tue. Heu quis enumerare posset labores: quos miser hõ per totam vite sue tẽpus assumit? Hic numera labores in mari: in terris: in bellis: in ciuitatibus. Job.5. Homo nascitur ad laborẽ. O quã grauis pena: que tota in puluerem conuertitur. Eccle.2. Quid .n. proderit homini de vniuerso labore suo: quo sub sole cruciatus est?

¶ 3. Carnis dolor et afflictio. Et ista fuit punitio furti. Quia .n. Adam contrectauit rem alienã inuito dño ideo furtũ commisit: et quia fures secundum leges verberari et cruciari solẽt: ideo in penã sui furti: datus est sibi et posteris carnis dolor et multiplex afflictio: prout sunt: fames: sitis: frigus: calor: lassitudo: et infirmitas: vt dicit Alex. de alis vbi s. Et ista punitio expressa fuit. Gen.3. Qñ deus dixit mulieri. Multiplicabo erũnas tuas: et conceptus tuos: in dolore paries filios. Heu quot erũne: heu quot dolores: heu miserrimi peccatores: si pro comestione vnius pomi: tot a deo dantur cruciatus in hac vita: quid erit de adulteris: fornicatoribus: homicidis: sacrilegis et blasfemis?

¶ 4. Carnis et aie separatio siue mors. Et ista fuit punitio furti. Fures secundum leges suspendũtur et interficiunt: et ideo in penã furti primi parẽtis data est sibi et posteris carnis et aie separatio siue mors: vt dicit Alex. de alis vbi s. Et hec punitio notatur Gen.3. cũ dicitur ipsi Ade. Donec reuertaris in terram de qua sumptus es. O quã rigida punitio: o quã seuera iustitia: o mortales miseri: o excecati aperite oculos. Ecce pro vno pomo omnes morimur: et quasi aque dilabimur super terrã. Juuenes et virgines: senes et paruuli. Et non solũ morimur sed cito morimur: quia homo natus de muliere: breui viuens tempore: repletur multis miserijs: qui quasi flos egreditur et conterit: et fugit velut vmbra: et nunquã in eodẽ statu permanet. O miseri mortales: non solũ cito morimur: sed cũ mille cruciatibus et tormẽtis: laniati

iugulati:excoriati:cõbusti:submersi:
incisi:vulnerati.

¶5. Corporis incineratio. Et ista fuit punitio ĩgratitudinis. Deus.n. gloriosus ex sua liberalitate primis parentibus iustitie originalis ornamentuз dederat: per quã vt dicunt coĩter oẽs Theologi in.2.di.29. p̃seruatũ fuisset humanum corpus ab omni corruptione si grati de tanto bñficio: diuino mãdato paruissent nõ comedendo de ligno vetito: sed qꝛ mandatum fregerunt: ꝛ ingrati de tanto bñficio extiterũt: merito tali iustitia originali priuati sunt: ꝛ sic remãserũt in suo esse naturali: ꝛ qꝛ humanum corpus ex quatuor elemẽtis corruptibilibus ꝯstituit̃: iõ post aĩe separationẽ corrũpit̃ ꝛ incinerat̃. Et hec punitio ꝺ̃signata ẽ Gen.3. qñ deꝰ dixit ad Adã. Puluis es: ꝛ in puluerẽ reuerteris. O miseria magna. o p̃sumptio nequissima Quid superbis terra: ꝛ cinis? Ecce sumus puluis: sumꝰ ecce miserrima tellus. Et nostri fugiũt vt leuis aura dies. Soluimur vt nebule: surgens vt in aera fumus. Et veluti soli sole pruina solet. Carpimur vt stipule: rapido carpuntur ab igni. Nec nisi viuẽdo somnus ꝛ vmbra sumus Unde igit̃ fastus venit: vnde superbia nobis? Quos fatum pp: tot mala triste rapit.

¶6. Aĩe a diuina visione separatio. Et ista fuit punitio Superbie. Quia.n. primi parẽtes diuinã equalitatẽ siue scientiã appetierunt: siue vt alij volũt angelicã scientiã: qᷓ a diabolo dictũ est eis. Gen.3. Eritis sicut dij: idest sicut diuine persone. vel sicut angeli: scientes bonũ ꝛ malũ: iõ cõgruẽtissime tã ipsi q̃ȝ posteri ꝺ̃ cõi lege diuina visione priuati sunt: nisi ad eam restaurent̃ p dei ꝛ hominũ mediatorẽ chri stũ iesuȝ. Et ista punitio designat̃ qñ primi parẽtes ꝓhibiti sunt comedere de ligno vite: ꝛ de paradiso expulsi sunt: dicẽte deo Gen.3. Nunc ergo ne forte mittat manũ suã: ꝛ sumat ẽt de ligno vite: ꝛ viuat in eternum. Emisit eum dñs de paradiso voluptatis. De ista carentia visionis diuine: loquitur Alex. de alis in.2. parte.q.122. mẽbro x. ꝛ Tho. in.q. disputatis.q. de peccato originali. ar.i. in rñsione ad.14. arg. Ecce q̃ miseriã. Ecce ruinã: ecce incendium originalis peccati. Cõturbauit celum: spoliauit paradisum: destruxit mundũ: repleuit infernũ. Uenite ergo ascendamus ad montẽ dñi ꝛ docebit nos vias suas. Amen.

¶De originali Iustitia primis parentibus diuinitus infusa. Cap. .7.

V Enite ascendamus ad montẽ dñi: ꝛ docebit nos vias suas. ¶Scribũtur hec v̓ba Eccẽ. 7. Solũmodo hec inueni: ꝙ fecerit deus hominẽ rectũ: ꝛ ipse se infinitis imiscuerit questionibus. Quãte liberalitatis ꝛ munificẽtie fuerit diuina bonitas erga genus humanum in sue creationis primordio: ex beneficiorũ magnitudine declarat̃. ¶Et Primo ex imagine: qꝛ hoĩem creauit ad imaginẽ ꝛ similitudinẽ diuinã: quod est bñficiũ altissimũ ꝛ incõparabile quo ad oĩa corporalia. Unñ scribit̃ Gen.i. Creauit deꝰ hoĩeȝ ad imaginẽ ꝛ similitudinẽ suã: ad imaginẽ dei creauit illũ: masculũ ꝛ feminam creauit eos. ¶2. ex dñio: qꝛ hoĩ creato: super oĩa aĩantia irrõnabilia dñium dedit: qđ est magnũ valde. Unde scribit̃ Gen.i. Faciamꝰ hoĩeȝ ad imaginẽ ꝛ similitudinẽ

tudinē nr̄a3: ꝛ p̄sit piscib⁹ maris: ꝛ volatilibus celi: ꝛ bestijs: vniuersecꝫ terre: oīqꝫ reptili: qḋ mouet̄ in terra. ¶ 3. ex loco. Nā creato hoīe: deus in amenissimo ꝛ opulētissimo loco col locauit: v3 in paradiso terrestri: quod est dignū valde. Vñ dr̄ Gen. 2. Plan tauerat aūt dn̄s deus paradisum vo luptatis a principio: in quo posuit ho minē quē formauerat. ¶ 4. ex scien tia. Homini creato gloriosus de⁹ om niū corporaliū ꝛ sensibiliū limpidissi mā sciam dedit: ex qua oīb⁹ aiantī bus noīa imposuit. Vñ dicit̄ Gen. 2. Appellauitqꝫ Adā noīb⁹ suis cuncta animantia: ꝛ vniuersa volatilia celi: ꝛ oēs bestias terre. ¶ 5. ex originali iu sticia. Deus. n. bn̄dictus homini crea to originalis iustitie donum infudit: per quā recte viuere: sensualitatem ꝛ carnē faciliter refrenare: ꝛ eternā feli citatē faciliter posset acquirere. Vn de scribitur Ecc̄s. 7. Solūmodo hoc inueni: qꝫ fecerit deus hominē rectū: idest originali iustitia decoratū. Que sunt verba assumpta pro presentis sermonis solido fundamento. Sup quibus: de originali iustitia tria de clarāda misteria proponunt̄.

¶ Primū Declaratio.
¶ Secūdū Operatio.
¶ Tertiū Comparatio.

Quo ad primum declarādum: vt originalis iustitie natura ꝛ essentia clarius inotescat: pre suppositā quedā: fm diuersoꝝ theo logoꝝ snias: presupponēda sunt.

¶ Primū. Quedā est rectitudo natu ralis: essentialiter eadē ipsi voluntati siue aie. Et ista rectitudo nālis est li bertas inata ipsi volūtati: in q̄ necessa riū ē volūtatē fieri a deo: sic declarat Sco. in. 2. di. 29. in rn̄sione ad. 2. arg⁹. Nā ipossibile ē volūtatē eē sine liber tate: cū voluntas sit appetitus liber. Stāte igr̄ ista rectitudine nāli siue li bertate in volūtate: magna eēt rebel lio īter potētias sensitiuas ꝛ rōnem: f3 Sco. ibidē: q2 appetit⁹ sensitiuus nāliter tēdit in ob3 sūme delectabile: ꝛ q2 n̄ ducit se: s3 ducit̄: f3 Damasce: sūme tēdit in suū obm delectabile: ꝛ iō īpediret actū rōnis: q2 mutuo se im pediūt f3 Auic. 6. nāliū. Et iō si fieret hō in puris nālib⁹ cū ista rectitudine nāli. i. cū ista libertate: magnā in se pa teret īferioꝝ viriū rebellionē ad rō nē: ꝛ magnā volūtatis difficultatē in inferioꝝ virium refrenatione: vt de clarat Sco. ibidē. Hec ḡ volūtatis li bertas q̄ est nālis rectitudo: nō est iu stitia originalis fm Sco. ꝓpter duo. Primo q2 ista libertas remanet ī ho mine post pcc̄m mortale: originalis ve ro iustitia post inobedictie pcc̄m cor rupta est. Secūdo q2 ista libertas pa titur secū inferioꝝ viriū rebellionē ꝛ difficultatē. Iustitia vero originalis inter sensus ꝛ rōne3: ꝛ inter carnē ꝛ aīa3 pacē faciebat: ꝛ pfectā trāquilli tatē. Prim⁹ ḡ hō cōstitut⁹ est a deo in ista rectitudine nāli: q̄ ē libertas volū tatis: ꝛ ista nō erat originalis iustitia.

¶ 2. Hoī sic cōstituto in suo esse nāli ꝛ ī sua libertate: de⁹ bn̄dictus f3 aliq̄s Theologos donū gr̄e gratū facientis infudit: ꝛ hoc ꝓ seipso tm̄ ꝛ nō ꝓ to ta sua posteritate. Hui⁹ opinionis vr̄ eē. s. Tho. i. q. disputatis. q. ḋ originali peccato. ar. 2. in responsione ad pri mum argumentū in cōtrariū: dicēs: Originalis iustitia includit gr̄am gra tū facietē: nec credo verum esse: qꝫ hō sit creatus in naturalibus puris.

Hec ille. Idde tenet ibide in.q.de pe na peccati originalis ar.1.in rn.ad.13. arg. et hec opinio vt communior verior et probabilior tenetur ab Alex.de alis in.2.parte.q.97.in prin. Et lz aliq in 2.di.29.teneat oppositu: tn ista opinio videtur conuenientior: quia dei perfecta sunt opera. Et si ista opinio vera sit: hec tn gratia no erat iustitia originalis: quia cum gratia stat rebellio carnis ad spiritu: non aute cu iustitia originali. Similiter gratia gratu faciens non vnit homine deo delectabiliter: originalis iustitia sic. Similiter gratia gratu facies per quodcuq peccatu mortale potuit amitti: etiaz ante esuz pomi prohibiti: et amissa fuit ab Adam per inordinatu amorem que habuit ad vxorem: et per mala volu tatem: qua habuit de comededo pomu: vt dicit Sco.in.2.di.21.q.2.anq actu comederet: originalis vero iusti tia amitti no poterat: nisi p actuale pomi vetiti comestione. Preterea gra ista erat principiu meriti: sic erat: originalis vero iustitia no: vt dicit Sco. in.2.di.29.in fine. Et sic primus homo a deo constitutus est in hac rectitudine spirituali: que est gratu facies et non iustitia originalis.

¶ 3. homini sic constituto in esse gratuito: deus ex sua liberalitate: vt dicit Tho.in.q.disputatis.q.de origina li pctō ar.1.in rn.ad.xj.arg. supinfundit aliud supernaturale donu: qd originalis iustitia vocat. Et vt dicit Lyra super epistolam ad Ro.c.5. Istud donu supnatura le erat qdā humane nature rectitudo diuinitus data: et qz iustitia e quedaz rectitudo: ideo talis rectitudo uocatur iustitia: et qz data est humane nature in sua prima origine: ideo vocatur originalis. Et istud donu originalis iustitie: qz fuit gratuitu: et a deo supernaturaliter datu: non potuit per naturale rone a philosophis inuestigari: nec pene que secute sunt ex perditione hui' originalis iustitie: a philosophis inuestigari potuerut: inquatum pene originalis peccati vt dicit S. Tho.in. q. disputatis de pena peccati originalis.ar.4.in rn.ad ad primu arg. Et sic primus ho constitutus e a deo in hac rectitudine originali: que est iustitia originalis. Unde scribit Ecclesiastes.7. Solu no hoc inueni: q fecerit deus homine rectuz Rectu rectitudine naturali que est libertas: Rectuz rectitudine spirituali que est gra gratu faciens: rectu rectitudine originali q e originalis iustitia.

¶ 4. Hec originalis iustitia: sicut declarat Sco.in.2.di.32.data fuit Ade pro se et pro sua tota posteritate a deo coditionaliter: si no poneret obicez.i. si no comederet d ligno sciētie boni et mali. Statuit eniz deus: per patre: si no peccasset: quasi naturaliter: iustitiam originale dari propagatis filiis: non quidem quia pater eam transfunderet: cum sit donum supernaturale: sed q deus ipse nature cooperaretur regulariter: dando iustitiam propagato: sicut mo anima intellectiua creat: corpore perfecte organizato. Sed qz Adam no seruauit codictionem: qz comedit de ligno vetito: ideo deus priuauit ipsum et totam suam pgenie tali iustitia originali. Et cosequēter priuati sunt visione diuina: sanitate: delectatione: immortalitate et plurimis donis et bonis excellētissimis: que ad ipsam originale iustitiaz consequebant: vt in secundo videbimus

mus misterio. Hoc figuratum fuit Luc. x. In illo homine qui descēdebat ab hierusalem in hierico: & incidit in latrones: qui etiam dispoliauerunt eū: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Hic hō est primus parēs Adam: qui descēdit ab hierusalem .i. a terrestri paradiso pacifico: in hierico .i. in hunc mūdū inquietum mutabilē & lunaticū: & incidit in demones q̄si in latrones: q̄ eū originali iustitia & mirabilib⁹ donis expoliauerūt: & plagas iposuerunt: q2 ad bñ operādū debilē & ifirmū reddiderūt.

¶ 5. Homo primus hac originali iustitia decoratus: a deo bñdicto in terrestri paradiso collocatus est. Q ue: vt dicunt Alex. de alis in .2. parte. q. 58. membro. 3. & Sco. & doctores i. 2. di. 17. q. 2. Est locus humane nature conuenientissimus: quē deus singulari diligētia cōstruxit: & mellifluo celoꝝ influxu irrigat: & felicissimis syderibus subiicit: & ē locus amenissimus in q̄ vt dicūt aliqui: aqua est omni vino suauior & delectabilior: in quo sūt saluberrimi & assidui fructus: in quo nunc adhuc viuunt Enoch & Helias: illuc a deo trāslati. Et sicut Adā per originalis iustitie donum erat in se totus quietus & pacificus: & spiritualibus delicijs deliciosus: ita & paradisus terrestris tota erat deliciosa & q̄eta: vt locus habitatori cōgrueret. Unde & voluptatis locus vocat. Gen. 2. Tulit igitur dñs deus hominem: & posuit eum in paradisum voluptatis: vt operaretur & custodiret illū.

¶ 6. Homo primus sic originali iustitia vestitus: sic in paradiso deliciarū collocatus: a deo benedicto preceptū accepit: de non comedendo de ligno scientie boni & mali. Unde scribitur Gen. 2. precepitq; ei dicens. Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autē scientie boni & mali ne comedas.

¶ 2. a diabolo ē tentatus dicēte deo. Gen. 3. Quacūq; die comederitis ex eo: aperient oculi vestri: & eritis sicut dij: scientes bonū & malū. ¶ 3. ab vxore psuasus ē: & comedit: Gen. 3. tulitq; mulier de fructu illi⁹ & comedit dedit q; viro suo: q̄ comedit. Et tūc de⁹ ab ipso Adā & tota sua posteritate originalē iustitiā abstulit: expulit de paradiso voluptatis: & reliquit eū i suis naturalibus: in quibus subiectus doloribus: laboribus: infirmitatibus: tristitijs: miserijs: & morti: continue transmutat & inquietatur: q2 homo natus de muliere: breui viuens tpe: repletur multis miserijs. Heu: quot miserie &c.

¶ 7. Filij Adam nascētes originali iustitia spoliati: & dei visione priuati: plurimis miserijs & morti subiecti: de diuina iustitia nullo mō iuste conqueri possunt. Cuius ratio ē: q2 deus filios Ade sue nature ꝓprie & in suo ꝓprio esse naturali relinquit nec ꝑ Ade peccatū a filijs ipsius aliquid sibi proprium subtrahit. Quinimmo: propter illud peccatū noluit eos aliquo supplicio puniri: nec exteriori in cruciatu corporis: nec interiori in tristitia mētis: vt declarat Sco. in. 2. di. 33. Noluit ēt eos gaudere priuilegijs concessis & promissis cū cōditione: ex quo illa conditio de pomo nō comedendo per Adam seruata non fuit. Quicquid. n. sub conditione ꝓmittitur: cōditione non seruata iure & sine aliqua iniustitia subtrahit. Ponam⁹ per exemplū: q̄ deus creet hominem.

talē: qualis nūc nascit: educatur: enutrit: sensu τ intellectu paulatim imbuitur: τ tādē accipit mādata τ legē nullū donū supernāle sibi promittit in hac vita: si talis hō langueret: si egēs τ miser esset: si moreret: que iniusticia ē ista: nulla certe. Creauit. n. deus eū talē: q̄lis ē ex sui natura. Et talis languor miseria τ mors essent cōditiōes nāles: τ nō pene: vt dicit Sco. in. 2. di. 29. Sed nūc vocant pene peccati: q2 ex pacto dei cū Adā cōtracto: si primus hō nō peccasset: nō incurrisemus eas: neq3 in cōditionibus naturalibus relicti fuissemus. Aliud exemplum quidā dn̄s dat vnū castrū vni suo familiari in custodiā cum hac cōditione: si per totā vitā tuā hoc fortaliciū fideliter custodieris: nec in inimicorū manus tradideris: tuū3 erit τ tue generationis in sempiternū: si nō fideliter custodieris: ad me reuertet. Si talis traderet castrum in manus inimicorū dn̄s: dn̄s ille merito filios eius tali castro priuaret: τ nihil auferret de suo: sed priuilegiū sub conditione promissum reuocaret: cōditione nō extante. Nec possunt filii conqueri: q̄ de suo sibi fuerit aliqd ablatum: sed in suo esse priori derelicti sūt. Sic deuote possumus cōtemplari: q̄ creato Adā τ Eua: de⁹ dixit ad eos. Uos cognoscitis naturā vestrā: quia subiecti estis varijs morbis: doloribus: anxietatibus: τ morti corporali: Oīa corporalia possunt vobis obesse: tn̄ ex mea singulari beniuolētia: volo vos in paradiso delicioso collocare τ cibum saluberrimum ibi vobis ministrare: scientiā rerū creatarū3 eminentissimam vobis concedere: originalis iusticie donū vobis impēdere: ab omni labore τ sudore τ dolore τ morte p̄seruare: τ postmodū ad celestem patriā vos trāsferre. Et hoc ex mea liberalitate promitto vobis τ toti vr̄e posteritati cū hac conditione si obſuaueritis vnū preceptū quod vobis tradā: si nō obſuaueritis: omnia promissa a vobis τ a filijs vestris auferā. Uolo. n. vos ꝓbare: sicut meos angelos probaui. Ecce ante vos vidistis multa arborū genera. Uescemini de cūctis illis. Illā vero arborem ne tetigeritis: nec de fructu eius gustabitis. Quacunq3 hora gustaueritis: omnia hec priuilegia τ dona a vobis τ a posteris vestris auferam: τ restituam vos cōditioni vestre τ nature vestre: τ moriemini: τ ante mortem multa mala patiemini. Et q2 illi mandatum τ conditione3 appositam non custodierunt ideo merito τ sine vlla iniusticia concessis priuilegijs spoliati sunt: expulsi sunt a paradiso: elongati a visione dei: originali iusticia spoliati: tentationibus implicati: subiecti laboribus: doloribus cruciati: τ tandem morte consumpti. O miseriam magnam. O calamitatē flebilem.

q Uo ad secūdū principale declarandū: quod est operatio. ¶ Notandū est: q̄ originalis iusticia s̄m doctrina3. S. Tho. in. q. disputatis. q. de originali peccato ar. 1. τ ar. vj. in r̄nsione ad. 4. arg. Et Sco. in. 2. di. 29. τ Nic. de Lyra super epistolam ad Ro. c. 5. est donū supernaturale: per quod superior pars anime deo subdebatur: τ delectabiliter coniungebatur: τ inferioribus viribus pacifice τ delectabiliter imperabat: τ corpus absq3 corruptione poterat conseruare. Et ideo de operatione talis iusticie tria sunt puncta declaranda.

¶ Pᵐ. Quō deo delectabilit̄ vniebat.
¶ Secūdus. Quomodo inferioribus viribus imperabat.
¶ 3. Quō corpꝰ icorruptū p̄seruabat
¶ Quo ad primū: est cōsiderandū: vt dicit Sco. in. 2. di. 29. ꝙ volūtas coniuncta appetitui sensitiuo: nata est cō delectari sibi: sicut intellectus cōiunctus sensui: natus est intelligere sensibilia. Et si volūtas talis multis appetitibus sensitiuis cōiūgit̄: nata ē illis oībus cōdelectari. Exēplū de gustu ꝛ tactu: quibus volūtas condelectatur. Et talis volūtas: sicut nō pōt appetitum retrahere a suo obiecto delectabili: sine aliqua difficultate ꝛ cōtraria inclinatione ipsius appetitus: qꝛ non pōt oculū a pulchro visibili retrahe͞r sine aliq̄ difficultate ꝛ tristitia ipsius oculi: ita nec sine aliqua tristitia ꝛ difficultate vide͞r posse seipsam retrahere a condelectando illi appetitui: ꝛ hec omnia loquendo de voluntate ꝛ appetitu sensitiuo in suo esse naturali. Sed per donum originalis iustitie diuinitus infuse: voluntas primi hominis tm̄ vnieba͞r deo: ꝛ tāta delectatione fereba͞r in deuz: ꝙ facilius sibi erat: se disiungere a qualibet delectatione sensitiua: q̄ ab illa delectatione diuina. Et ista originalis iustitia: vt dicit Sco. vbi. s̄. fecit deū delectabiliorē voluntati: q̄ aliqd̄ appetibile sensibile: plusq̄ cibus: plusq̄ luxuria: plusq̄ carnis delectationes. Et per istā originalē iustitiā cuz maiori delectatione vnieba͞r ꝛ inherebat vltimo fini ꝛ deo: ꝛ his que ad deuz ordinata erāt: q̄ vnire͞r alicui sensibili delectabili a deo recedēdo. Et h̄ cōgrue: qꝛ vt scribitur Eccli. 30. Nō ē oblectamentū super cordis gaudiū. O q̄ gloriosum donū erat istud: qd̄ aīam deo cū tanta delectatione ꝛ suauitat̄ᵉ vniebat. Et in illo statu: vt dicit Scoᵗ vbi supra. Volūtas delectabilius separata fuisset a quacūq̧ delectatione sensibili: q̄ a deo bn̄dicto: in q̄ maxime delectaba͞t. Et grauiꝰ sibi fuisset: a diuina delectatiōe separari: q̄ a q̄cūq̧ sensibili delectatiōe. Tūc primꝰ parens dicere poterat illud ps. 4. In pace in id ipsuz: dormiā ꝛ requiescā.
¶ Quo ad secūdū: qūo, videlicet voluntas inferioribus potētijs imperabat. Est notandū: sm̄ Sco. in. 2. dist. 29. ꝙ primus hō per donū originalis iustitie circa delectationes sensitiuas tripli͞r se habuisset. ¶ Primo sua volūtate quasdā sensitiuas delectatiōes ipera∫set: puta delectatiōes carnis in cognoscēdo vxorē suā: ad obseruādū preceptū illud: Gen. 1. Crescite ꝛ multiplicamini: ꝛ replete terrā: ꝛ talibus delectationibus sensitiuis bene vsus fuisset homo: nō immoderate cōdelectādo appetitui sensitiuo: sed ad deū ꝛ ad debitū finē ordinādo: ad plē multiplicandā: ad honorē dei ꝛ diuinuz cultū ampliādū. ¶ 2. sua voluntate a quibusdā licitis delectationibus appetitū sensitiuū auertisset: puta ab aliqua delectatione que non erat licita nisi pro aliquo tēpore: licitum. n. erat cognoscere suā: sed nō omni tempore: licitū erat comedere: sed nō omni hora. Volūtas ergo sensum tactus ꝛ sensum gustus a suis delectationibꝰ auertisset: eo tpe q̄ nō erāt licite: lȝ aliquo tēpore essent licite ꝛ necessarie.
¶ 3. Sua voluntate quasdam delectationes sensitiuas preuenisset: ne vnq̄ sensibus inessent: puta preuenisset delectationē fornicatōis: adulterij ꝛ hmōi: ꝛ nūq̄ pmisisset in appetitu sensitiuo tales delectatiōes accidere.

Et hec omnia voluntas cum facilitate τ cũ delectatione imperasset: ꝑꝑ originalis iustitie donũ τ auxiliũ. ¶ Sed hic oritur dubium nõ paruũ: qꝛ dato ꝙ volũtas primi parentis hec omnia delectabiliter operata fuisset: tñ vr̃ ꝙ inferior potentia puta gustus vel tactus contristata fuisset ex remotione sue delectationis τ sui obiecti delectabilis. Preterea videtur: ꝙ in illo statu innocentie appetitus sensitiuus potuerit cõtristari. Potuit.n. visus tunc visibile turpe videre: puta humanum stercus: τ auditus audibile turpe audire: puta strepitũ horribilẽ a demone concitatũ: τ vtrũqꝫ potuit sensitiuum appetitũ offendere: sicut τ conueniẽs sensibile delectare. ¶ Huic dubitationi ꝺm Sco. in. 2. di. 29. põt dupliciter responderi. ¶ Primo concedendo in statu illo aliquã in sensibus fuisse tristitiã: abstinendo ab obiectis ꝓprijs delectabilibus. Et hoc modo: qꝛ volũtas delectabiliter abstinuisset a delectationibus sensitiuis: licet sensus cũ tristitia abstinuissent: tñ totus homo diceret a talibus delectationibus delectabiliter abstinere: qꝛ hoc conuenit homini simpliciter: quod ei conuenit ꝺm potentiã superiorẽ: que est voluntas: licet non cõueniat ei ꝺm potẽtiam inferiorẽ: que est sensus vel sensitiua: τ tunc istis tristitijs inferiorꝫ appetituũ nõ imoderate fuisset cõtristata: ſꝫ bene τ delectabiliter eis vsa fuisset: huiusmodi tristitias in deũ referẽdo. ¶ 2. cõcedendũ in illo statu inocentie nullã sensibus infuisse tristitiã: τ tunc videtur ꝙ oporteat aliquid ponere in potẽtia inferiori: quo sic delectabiliter feratur in delectabile voluntatis: non.n. vr̃ ꝙ ex sola natura potẽtie sensitiue posset delectabiliter auelli a suo obiecto sensibili τ delectabili: nec etiã inquãtũ est subiecta volũtati delectabiliter auelleret a suo obiecto delectabili. Et iõ vr̃ ꝙ in singulis potentijs sensitiuis sint ponẽda singula dona: ita ꝙ quelibet per suũ donũ delectabiliter moueret a voluntate: τ ipsa volũtas per donũ suũ delectabiliter moueret se ad potẽtias inferiores. Et si essent talia plura dona: potissimũ tamẽ fuit iustitia originalis: que fuit in volũtate. Hec Sco.

¶ Primo ĝ ꝺm istã viã: q̃ vr̃ dictis sancto ꝓ cõformior: in potentia visiua fuit quoddã singularẽ donũ a deo collatũ: per quod ipsa potẽtia visiua ad imperũ volũtatis sine rebellione: sine tristitia. sine difficultate: imo cũ delectatione auersa fuisset: τ remota ab omni visibili: q̃tũcũqꝫ pulchro τ delectabili: τ ꝙ plus est: delectabiliter cõuersa fuisset ad obiectũ delectabile voluntatis. s. ad deũ: vel ad aliquid ordinatum ad deũ: cõuersa dico fuisset: modo sibi possibili. Hoc modo non reperitur in sensibus nostris: sed totũ oppositum.

¶ 2. In potẽtia auditiua quoddã singulare donũ a deo collatũ fuit: per cuius adiutoriũ: ad voluntatis ipiũ: sine rebellione: sine difficultate: sine tristitia: imo cũ delectatione: auersa fuisset τ remota ab omni audibili q̃tũcũqꝫ delectabili: τ cõuersa ad obiectũ delectabile volũtatis. s. ad deũ: modo sibi possibili.

¶ 3. In potentia odoratiua quoddam singulare donum a deo collatum fuit: per cuius adiutoriũ: ad volũtatis iperiũ: sine rebellione: sine difficultate: sine tristitia: imo cũ delectatione: auersa ... fuisset

fuisset ab omni odorabili quātūcunq̧ delectabile: ꝛ conuersa ad obiectū delectabili volūtatis: modo sibi possibili. Hoc nō est in nostro odoratu: sed rebellio magna.

¶ 4. In potētia gustatiua quoddā singulare donū a deo collatum fuit. Per cuius adiutoriū: ad voluntatis imperiū sine rebellione: sine difficultate: sine tristitia: imo cū delectatione: auersa fuisset ab omni gustabili q̄tūcūq̧ saporoso ꝛ delectabili: ꝛ conuersa ad obiectū delectabile volūtatis: modo sibi possibili. Hoc non reperitur in nostro gustu: qui imperanti volūtati rebellat: ꝛ cum tristitia ieiunat ꝛ abstinet.

¶ 5. In potētia tactiua quoddā singulare donū a deo collatū fuit. Per cuius adiutoriū: ad voluntatis imperiū: sine rebellione: sine difficultate: sine tristitia: imo cum delectatione: auersa fuisset ab omni tangibili q̄tuncunq̧ suaui ꝛ delectabili: ꝛ cōuersa ad obiectū delectabile voluntatis: quodcūq̧ fuerit illud. Hoc non reperitur in nostro tactu: qui voluntati imperāti rebellat: ꝛ cū tristitia ꝛ difficultate a carnali cōcupiscentia cohibetur. Ex quibus patere pōt: quanta fuerit in statu innocentie tranquillitas inter sensum ꝛ rōnem: que mō sunt inimica: ꝛ sine intermissione adinuicē repugnantia. Ad Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spūm: spūs aduersus carnē. Hec.n. sibi inuicem aduersant. Posset forte tertio modo dici: q̧ per solā originalē iustitiā in volūtate: absq̧ particularibus donis in sensibus: potentie sensitiue delectabiliter erant subdite voluntati ꝛ rōni ex ordinatione diuina: que statuerat potētias inferiores esse subditas ꝛ nō rebellare superiori: q̄ diu superior esset delectabiliter subdita deo. Hoc innuit Lyra sup epl'am ad Ro. c. 5. O q̄ felix status: o q̄ quieta trāquillitas erat in illo paradiso inter rōnem ꝛ sensus: inter carnē ꝛ aīam: inter dn̄am ꝛ ancillā. Amicus ꝛ Sodalis in tēpore cōuenientes: sed super vtrosq̧ mulier cū viro. i. caro cū aīa: sensus cū rōne.

¶ Quo ad Tertiū: quō vȝ corpus incorruptū pseruabat. ¶ Est notandū ſm Alex. de alis in. 2. parte. q. 58. mēbro. 3. Et. S. Tho. in. q. disputatis de pena peccati originalis. ar. 4. ꝛ ar. 5. Et Sco. in. 2. dist. 19. ꝛ. 29. q̧ hoīes in statu inocentie: p auxiliū siue influxū diuinum: per protectionem angelicā ꝛ sollicitā custodiā: p bonum anime regimen intrinsecū: p adiutoriū originalis iustitie: ꝛ p comestionē ligni vite: ab omnibus penalibus preseruati fuissent.

¶ Primo pseruati fuissent ab omni infirmitate. Nō.n. fuisset infirmitas aliqua in humano corpore p humorum improportionem ꝛ rebellionē. Sicut enim aīa erat cū deo concors ꝛ pacifica: ꝛ corpus cū aīa pacatū: ita ꝛ humores adinuicem cōcordes fuissent.

¶ 2. preseruati fuissent ab omni indigentia. Omnia.n. ad victū necessaria in paradiso habuissent. Si.n. domini temporales sibi seruientibus de necessarijs prouident: ꝛ deus aues celi nutrit: ꝛ lilia campi sic vestit. Math. 6. quanto magis deus benedictus de necessarijs pvidisset hominibus innocentibus: bonitatem suam cōtinue cōmendantibus?

¶ 3. Preseruati fuissent ab omni dolore. Stante statu innocentie: nullus

fuisset in hominibus cruciatus: nullus dolor: nulla vulnera. Nam vt dicit. S. Tho. ar. 5. vbi supra in responsione ad. 14. arg. Per influxū diuinū anima humana potens erat in statu innocētie ad resistendū omni cōtrario agenti. O statū felicissimū. Non fuisset ibi dolor causatus ab igne: nec ab aqua: nec a frigore: nec a spinis.

¶ 4. Preseruati fuissent a morte: stante statu innocētie: nunq̄ morte incurrissent: nullus moreret: nec per defectū cibi vel potus: quia talia erant in terrestri paradiso: nec per submersionem in aqua: nec per combustionē ignis: q2 nō se exposuissent talibus periculis: nec per intemperiē aeris: quia in paradiso erat aer tēperatissimus: nec per violentiā illatā ab aliquo animali vel bestia: quia erāt homini amicabilia: vel saltem nō inimica: nec per violētiā illatam ab homine: q2 hoīes innocētes violētiā nō sibi inuicē fecissent: nec per violētiā illatā a diabolo: q2 deus eos a potētia & violentia demonū preseruasset: nec per corruptionem caloris naturalis. Quinimmo: vt dicit Scotus vbi s. cū per aliquod tēpus in paradiso terrestri stetissent & merita plīa cumulassent deus hūdict9 de terrestri paradiso viuos: sine morte: & sine dolore ad celestē paradisum transtulisset. O felicē patriam. O gloriosam habitationē. Sed homo cum in honore esset nō intellexit: comparatus est iumētis insipiētibus & similis factus ē illis: ideo quotidie trahitur ad mortem & ad macellū.

Quo ad tertiū principale considerādū: qd̄ est comparatio: ¶ Mouetur qō talis. Utrū si primus hō nō peccasset: homines fuissent perfectiores in statu innocētie: q̄ modo sint in statu nature lapse. ¶ Rndeo ƒm doctrinā Alex. de alis in. 2. par. q. 97. in fine. & q. 98. membro. 2. ar. 1. Sex cōclusiones ordinate ponendo.

¶ Prima. Cognitio in statu innocentie media est inter cognitiones status glorie & status miserie: sicut & locus paradisi medius est inter hanc miserie vallē & patriā celestem: & quēadmodū paradisus terrestris plus se tenet cū terra q̄ cum celo: sic & Ade cognitio plus se tenet & cōformis est cognitioni status presentis q̄ futuri. Et ideo homo in statu innocētie: quia nō habebat oculū intellectus obnubilatū habuit visionē & notitiā de deo clarā & sine enigmate: & luculentiorem: q̄ modo: & fidem maiorē & efficaciorē: q̄ modo: & p fidē purius & quietius adherebat prime veritati: q̄ nec adhereāt homines in statu nature lapse. Et ecce plusq̄ Salomon hic.

¶ 2. Si comparemus vnā personā ad aliā: probabiliter presumi pōt: q aliqui fuerūt post lapsum: qui maiorem gratiā habuerūt: & in meritis efficaciorem: q̄ aliqui: qui fuissent in statu innocētie: si status ille perseuerasset: aliqui vero minorē: sicut & aliqui existentes in lege euāgelica: maiorem & efficaciorē gratiā habuerūt: q̄ existētes in lege mosaica: aliqui vero minorem. Hec ex Alex.

¶ 3. Si consideremus meriti & virtutum efficaciam ex difficultate operis. Tūc dicēdū est: q virtutes in statu nature lapse: & numero sunt efficaciores: & maioris etiā meriti: q̄ fuerint in statu innocentie. Nunc enim magis impugnatur: & impugnando probatur: & examinat virtus: q̄ tunc: sicut patet in exercentibus se in operibus

bus supererrogationis: vt in ieiunio obedictia: castitate paupertate: et maxime in martyrib⁹. Difficultas.n.operis multum valet ad meritum.

¶ 4. Si consideremus virtutu͂ efficaciam ex parte suscipientis. Tu͂c dicendu͂ est: q͂ virtutes et gratie efficaciores erant in statu innocentie: q͂ in statu nature lapse. Na͂ co͂sensus et promptitudo et hilaritas voluntatis multu͂ conferunt ad meritu͂: q͂z hilarem datore͂ diligit deus. 2. Cor. 9. In illo au͂t innocentie statu volu͂tas fuisset magis prompta: magis hilaris: magis obedie͂s: magis virtutibus subiecta. Et gratia et virtutes efficacius mouebant ipsam voluntate͂ et potentia͂ operatiuam ad bonu͂: q͂ modo faciant. Tunc etia͂ voluntas continua fuisset in bonis operibus deo place͂tibus sine retardatione: nunc au͂t: siue ex fatigatione: siue ex surreptione: freque͂ter cessat a bonis operib⁹: et nociuis intendit et inutilibus: tum propter difficultate͂ ad bonu͂: tum propter pronitatem ad malum.

¶ 5. Si consideramus virtutu͂ efficaciam ex parte distribuentis. Tu͂c dice͂dum est q͂ ho͂ies fuissent perfectiores in illo statu: in quo dominus maiores efficaciores et pote͂tiores virtutes contulisset. Sed in quo maiores contulisset: cognitionem nostram latet.

¶ 6. Si au͂t loquamur probabiliter. Tu͂c pie supponendu͂ est: q͂ deus maiora munera gratie et virtutu͂ largitus est homini lapso: q͂ dedisset ho͂i recto: tu͂ q͂z maiori gratie auxilio indiget: tum etia͂ q͂z decet deu͂ de malo maius bonu͂ elicere: q͂ sit illud bonu͂ q͂d p͂ malu͂ adimit. Et in hoc relucet diuina misericordia et diuina sapia.

¶ 2. Mouet͂ alia q͂o talis. Utru͂ gratia que mo͂ confert͂ in sacrame͂tis: sit ipsa originali iustitia excellentior: vel eco͂tra. ¶ R͂ndet Sco. in. 2. dist. 29. in r͂nsione ad. 4. arg. et di. 32. dice͂s. Iustitia originalis se habet ad gratiam que est principiu͂ meriti: sicut excede͂s et excessum. Excedens quide͂: q͂z fini vltimo co͂iu͂xit firmius voluntate͂: q͂ gratia. Ita.n. coniunxit s͂m aliquos: q͂ no͂ patiebatur secu͂ aliquod peccatu͂ veniale: charitas au͂t compatitur: vel saltem ita coniunxit: q͂ facilius et delectabilius erat ei: pati ab aliqua tristitia inferiori: q͂ alicui delectationi inferiori acquiescere: recede͂do a delectatione finis. Istam felicitatem non facit gratia: cum qua stat pronitas ad malu͂: et difficultas ad bonum. Sed excedit gratia in hoc: quia ipsa coniu͂git fini vt bono supernaturali: et vt supernaturaliter per meritum attinge͂do: non sic iustitia originalis: sed t͂m coniungebat illi bono vt co͂uenienti et delectabili. Gr͂a e͂t perfectius et eminentius co͂iungit fini sub ratione finis: q͂ntu͂ ad illud s͂m quod disiungit a fine vltimo peccatu͂ originale: q͂ iustitia originalis: et ideo i͂ baptismo cu͂ redditur gratia: simpliciter dimittitur illud peccatum eminentius: q͂ remitteretur per iustitia͂ originalem. Unde gratia simpliciter est donum excellentius: q͂ talis iustitia. Ipsa.n. gratia inexistens: simpliciter restituit hominem in statu isto ad perfectionem supernaturalem sibi possibilem Hec Scotus. Hanc autem gratiam ille nobis largiri dignetur: qui sine fine viuit et regnat. Uenite ergo: ascendamus ad montem domini: et docebit nos vias suas. Amen.

¶ De Veniali peccato: et de eiusdē periculosa multiplicatione. Cap. 8.

V Enite: ascendamus ad montem dñi et docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec verba. Ecclesiastici. 19. Qui spernit modica: paulatim decidit. Quātum sit fragilis: et ad peccandum prona humana natura: fratres charissimi: declarat Sapiēs, puer. 24. dicēs. Septies i die cadit iustus. Ubi Glo. Per ignorātiā et obliuionē: vel p surreptionē: vel per necessitatē: vel p fragilitatē carnis: singulis diebus: vel inuite: vel nolentes: frequēter peccamus. Et ab hoc rationalis creatura oia pctā etiā minuta et venalia: toto corporis ac aīe conatu: strenue vigilāter deuitare debet precipue: propter tria. ¶ Primo quia venalia pctā sunt quasi aues immunde: nostrorū bonorū operū sacrificia maculātes. Uñ cū Abraam deo sacrificia immolaret: immunde volucres super cadauera descendebant: et abigebat eas Abraam. Gen. 15. sic a nostris bonis operibus venialiū peccatorū immūditia elōgāda est. ¶ Secūdo qr venialia peccata a dei districta iustitia ēt per ignē puniunt: vt declarat. s. Tho. 1ª. 2ᵉ. q. 89. ar. 2. vñ Paulus. 1. Cor. 5. Siquis edificat supra fūdamētū hoc: lignū: fenū: stipulā: vniuscuiusqꝫ opus quale sit: ignis pbabit. Si cuius opus arserit: detrimētum patietur: ipse aūt saluus erit: sic tamē quasi per ignē. Lignū. n. est peccatum veniale maius: fenū mediocre: stipula minimū: que omnia per ignem punientur. ¶ Tertio qr venialia peccata ad casum et mortale pctm̄ occasionaliter disponūt: vt dicit Alex. de ales in 2. parte. q. 124. mēbr. 3. et Tho. 1ª. 2ᵉ. q. 88. ar. 3. Sicut. n. forma accidentalis: puta caloris disponit ad formam substantialem ignis: et sicut iracūdia disponit ad febrē: ita peccatū veniale occasionaliter saltē: disponit ad mortale. Et hoc cōfirmat Sapiēs dicens Ecclesiastici. 19. Qui spernit modica: paulatim decidit. Et sunt vba assumpta pro nostri sermonis solido fundamēto: super quibus: de veniali peccato tres principales consideratiōnes occurrunt.

¶ Prima Multiplex questio.

¶ Secunda Multiplex operatio.

¶ Tertia Multiplex conclusio.

Q Uo ad primā cōsiderationem de veniali peccato: quod a venia dicit: mouent. 12. qōnes.

¶ Prima est. Quot modis dicit peccatum aliqd veniale. ¶ Rñdeo f'm. s. Tho. in. q. disputatis. q. ḋ pctō veniali ar. 1. pctm̄ veniale triplici mō denoiat a venia. ¶ Primo ab euentu. Pctm̄ enim dicit veniale vno modo: qr iam cōsecutū est veniam: sicut Ambro. dicit: q peccatū mortale per cōfessionē fit veniale: et hoc dicit f'm quosdam veniale ab euentu. Sed hoc veniale a mortali nō diuidit: vt patere potest: quinimmo: omnia peccata mortalia remissa: venialia dicunt. ¶ Secūdo a causa: peccatū dicit veniale alio modo a causa: qr in se habet aliā causam venie: nō q non puniatur: sed qr minus punitur: et hoc modo dicit veniale peccatū: quod est ex infirmitate vel ignorātia: qr infirmitas et ignorantia pctm̄ vel in toto vel in parte excusant: vel hoc dicitur veniale ex causa. Sed hoc veniale cōtra mortale nō diuiditur: quia cōtingit aliquē ex ignorātia

vel infirmitate peccantē peccare mortaliter: sicut patet de Petro et Paulo: quorum vnus ex infirmitate: alius ex ignorantia mortaliter peccauit. ¶ 3. ex Genere. Peccatū dr alio modo veniale: qz quantū est de se: veniam necp excludit a terminationē pene: imo positiue includit: quasi dignū venia: et pene terminatione. Et hoc modo veniale diuiditur cōtra mortale. Nā mortale: quantū est de se: eternā penā meretur: et sic excludit pene terminationē et veniā. Et hec diuisio est quantum ad peccati venialis nomē: quod a venia denominat.

¶ 2. Quot modis consideraī peccatū veniale. Rñdeo fm. s. Tho. vbi supra φ pluribus modis. ¶ Primo quo ad reatū: qz veniale tpalē penā meretur: mortale vero eternam: sed ista differētia nō est ōstitutiua venialis et mortalis: imo cōsecutiua: qz. n. veniale est tale peccatū: ideo mereē penā tēporalem: et quia mortale: ideo eternā. ¶ 2. quo ad effectū. Nā peccatum mortale priuat grām: veniale nō. Sz nec ista differētia est cōstitutiua venialis: imo sequitur ad eum: qz. n. est tale peccatū: ideo habet talē effectū. ¶ 3. quo ad subiectum. Sicut. n. fm Phm in li. ethicorū. Uirtus intellectualis est in ipsa rōne: et virtus moralis in appetitu rōnali participāte ratione: ita posset dici peccatū mortale esse in rōne: et veniale esse in sensualitate: sed hoc est falsum: qz veniale potest esse ēt in rōne: vt inferius declarabit. ¶ 4. quo ad actū diligēdi: siue quo ad modū diligendi: sed iste modus diligendi distinguit peccata tātū: quātū ad actū volūtatis interiorem: sed peccatū veniale nō solū cōsistit in actu interiori volūtatis. Sūt. n. quidam actus exteriores: qui ex genere sunt peccata venialia: vt dicere verbū ociosum: vel mendacium iocosum. ¶ 5. quo ad obiectū: et tunc peccatum veniale dicetur tale: ex eo φ cadit sup talē materiā non debitam: et mortale quod cadit sup talē materiā indebitā: et sic ex parte obiecti veniale distinguetur a mortali.

¶ 3. Quid est peccatū veniale. Rñdeo fm Alex. de ales in. 2. parte. q. 124. mēbro. 2. Peccatū veniale est libido siue voluptas in creatura citra deū: sicut peccatū mortale est libido siue voluptas in creatura supra deum: vel eque deo. Scdm vero. s. Tho. vbi sū. Peccatū veniale est quedā aie deordinatio: siue quidā morbus aie: p quē nō tollitur spūalis vite principiū: que est charitas: sz pōt talis morbus per tale principiū vite reparari: qz vniuersa delicta operit charitas. Prouer. x. Sicut. n. quidam sunt corporales morbi curabiles: qui nō tollunt aliqd principiū vite: sed tollūt solū aliquid cōsequēs ad principiū vite: puta: humorū equalitatē: que p principiū vite potest reparari: puta: febris tertiana: que cōsistit in superhabundātia colere: quā virtus nature superare pōt: ita veniale peccatū est rōnalis anime morbus curabilis: nō auferēs spūalis vite principiū: que est charitas: de corde puro. et consciētia bona et fide nō ficta. i. ad Thimo. i. Uel fm Tho. vbi supra. Peccatū veniale est quedā rōnalis aie deordinatio: q nō tollit debitā subiectionē et reuerentiā hominis ad deū: nec cōuictū societatis humane: sicut est mēdaciū nō i fide: neqз ad nocendū proximo: sz ad delectan=

dum: vel etiam ad iuuandum: vel aliquis excessus in cibo vel potu: que sunt aliquales inordinationes: sed nõ tollunt aliquod duorum predictorum. Hec ex Tho.

¶ 4. Unde oritur peccatum veniale nõ excludens charitatem? Rñdeo sꝫ Tho. vbi s. ꝙ ex tribus. ¶ Primo ex sensualitate: qꝛ sicut sensualitatis non est ordinare aliquid in finẽ: sꝫ solum pertinet ad rationẽ: ita nec actus sensualitatis est auerti a fine: & ideo motus sensualitatis nõ potest esse peccatũ mortale: sed veniale tantũ. ¶ 2. ex ratione: qꝛ ratio: cuius est ordinare in finem: potest aliquod obiectum indifferens ordinare: non in deũ: sed in alium finẽ: puta. Hoc verbũ: deo gratias: ad ꝓuocandũ risum & chachinnũ: talis actus ẽ peccatũ veniale: non ex sensualitate: nec ex obiecto: qꝛ obiectũ est indifferens: sed ex rõne sic ordinãte. ¶ 3. ex obiecto: Sicut .n. est aliquis cibus qui nõ est cõtrarius videlicet: licet inferat aliquod impedimentũ ad rectã habitudinẽ vite: puta cibus grossus: vel digestionis non bone: vel si sit bone digestionis: qꝛ nõ sumitur ꝼm debitã mensurã: ita in actibus humanis aliquid inuenit: quod licet aliquã inordinationẽ cõtineat: non tñ cõtrariatur vite: idest charitati dei & ꝓximi: que est spũalis rõnalis anime vita: vt dicere verbũ ociosum: excedere aliqualiter in cibo & potu.

¶ 5. Utrum peccatũ veniale sit in superiori rõne? Rñdeo ꝼm Alex. de alis in .2. parte .q. 124. mẽbro .6. & Tho. vbi supra .ar. 5. Cũ ratio superior respiciat obiectũ eternũ & regulas eternas .s. deũ & precepta diuina: que sunt regule eterne: cõtingit in superiori ratione esse peccatum veniale per surreptionem: vtputa: cum aliquis subito appbẽdit vel cogitat tanq̃ȝ impossibile: deum esse trinũ & vnum: non est hoc peccatum mortale: ante ꝙ ratio plene aduertat: sed veniale tantũ. Uel cum aliquis male cogitat de corpore christi ꝼm supremam partem rõnis ꝑ surreptionẽ: est peccatũ veniale tãtum: & non mortale.

¶ 6. Utrum peccatũ veniale sit in inferiori rõne? Rñdeo ꝼm Alex. de alis vbi supra. & Tho. vbi supra. Cũ rõ inferior respiciat obiectum tẽporale & regulas tẽporales: puta ꝙ aliquid sit vtile vel inutile: decens vel indecens ꝼm opinionẽ hominũ: in inferiori ratione contingit esse veniale peccatum. Exemplum. Aliquis existens in societate amicorum: iudicat ꝼm hominum opinionem condecens esse: dicere aliqua ridiculosa & trufatoria verba ad excitandũ risuꝫ & chachinnũ: si sic facit: est peccatũ veniale: in rõne inferiori. Similiter si quis ꝼm hominum opinionẽ iudicat vtile esse: dicere principibus aliqua adulatoria verba ad cõplacendũ: si talia dicit: peccatũ veniale cõmittit in inferiori rõne.

¶ 7. Utrum peccatum veniale sit in sensualitate? Respondeo ꝼm Alex. de alis vbi supra & Tho. vbi supra. articulo. 6. & 8. ꝙ motus in sensualitate dupliciter insurgere potest. ¶ Primo ex corporis dispositione: que non subiacet rõnis imperio: & qꝛ peccatũ est in aliquo sꝫ ꝙ potest obedire rõni: primus motus sensualitatis qui est ex dispositione corporali: non erit peccatum: cum taleꝫ motum ratio nullo modo vitare vel ꝓhibere potest: & aliqui vocant istũ sensualitatis

tis motum primo primus: vt cũ quis a sonino surgens reperit motum carnis in sensualitate: causatũ ñ ex nimio cibo vel potu: nec ex aliqua apprehẽsione imaginaria vel sensitiua: s3 ex sola corporis dispositione. Et hoc modo sensualitas nostra nõ peccat: qꝛ ꝓportionatur serpenti: qui minime peccauit: vt dicit ibi Alex. ¶ 2. mõ ex aliqua preuia apprehensione: que subiacet imperio volũtatis: puta ex aliqua visione: vel ex aliquo tactu: vel ex aliquo auditu mulieris: insurgit carnis motus i sensualitate: talis motus est peccatũ veniale: qꝛ ratio potuit ꝓhibere quãlibet particularẽ apphẽsionem: ꝛ per cõsequens talem motũ sensualitatis: ꝛ non fecit: ideo venialiter peccauit. Heu heu quot venialia peccata: quot motus insurgunt in nostra sensualitate ꝓpter preuias apphẽsiones.

¶ 8. Quale peccatum est motus sensualitatis illicit? ꝛc. Rñdeo s3 s. Tho. vbi supra. ar. 6. in rñsione ad. 6 arg. ꝙ ratio tripliciter se habere põt ad illicitum motũ sensualitatis. Primo mõ vt imperans: puta: cum ex ꝓposito motũ illicite cõcupiscẽtie excitat: ꝛ tunc si sit illicitum in genere peccati mortalis: puta: adulterij: tunc ille motus sensualitatis erit peccatũ mortale: si illicitum in genere peccati venialis: vt dicere verbũ iocosum causa delectandi vel aliqualiter cõtristandi: tunc erit peccatum veniale. ¶ 2. mõ vt resistens: ꝛ tunc est nullum peccatum: sed glorie corona. Vñ Paulus ad Ro. 7. Non. n. qd volo bonũ: hoc ago. s. Non concupiscere: vt Glo. exponit. ¶ 3. mõ vt neq3 ꝓhibens: neq3 imperãs: seu cõsentiens: ꝛ tunc ẽ peccatum veniale: ꝛ hoc propter negligentiam: qꝛ ꝓhibere ꝛ resistere ꝛ repellere deberet. Heu quotiens accidit ista negligentia: ex qua venialia peccata inumera oriuntur.

¶ 9. Utrum ratio deliberate consentiens in aliquod veniale: peccet ex malitia: ꝛ causet dei contemptum: ꝛ peccet mortaliter? Respondeo s3m Sãctum Thomam vbi supra ar. 5. in responsione ad. 8. ꝛ. x. arg. ꝙ licet ratio deliberate consentiat in aliquod malum: non tamen semper dicitꝰ ex certa malicia peccare: quando sic ex deliberatione consentit: sed solum quando acceptat aliquid contrarium virtuti: vt dicitur in. 7. Ethycoꝝ. Ueniale autem peccatum non contrariatur virtuti. Cum ergo quis ex deliberatione consentit in veniale peccatum: non propter hoc peccat ex malicia. Similiter cum quis ex deliberatione consentit in aliquid: talis consensus non causat dei contemptum: nisi illud in quod consentit acceptetur vt contrarium deo. Ueniale autẽ non contrariatur deo. Et ideo deliberate consentiens in aliquod veniale: nec ex malicia peccat: nec dei cõtemptum causat. nec mortaliter peccat.

¶ x. Utrum peccatum veniale maculet animam. Respondet Alexander de alis vbi supra. membro primo. ꝛ articulo primo dicens. Si accipiatur macula proprie: s3m quam deformatur imago dei: sic peccatum veniale non dicitur macula: si vero accipiatur cõmuniter: sic potest dici macula veniale pcꝫ: qꝛ p illd minuitꝰ rectitudo diuine imaginis: quo ad aliquẽ actũ.

Et datur exemplū tale. Aliquando.n. intantū denigratur aliqua imago depicta: vt videri non possit: aliqñ vero ita obscuratur: vt plene discerni non possit. Et ideo beat⁹ Greg. talē differentiā ponit inter veniale ꝛ mortale: ꝙ mortale obtenebrat: veniale obscurat. Hec ex Alex. de alis. Pratica vero vis. S. Tho. pª 2ᵉ. q. 89. ar. i. sic rñdit dicēs. Sicut in corpore est duplex nitor: vnus quidē ex intrinseca dispositione membroꝝ ꝛ coloris: alius ex exteriori claritate superueniēte: ita in aīa est duplex nitor: vnus quidē habitualis quasi intrinsecus: ꝓut sunt virtutum habitus: alius aūt actualis quasi exterior fulgor: ꝓut sunt actus virtuosi. Peccatū ḡ veniale nō impedit nitorē habitualē: q2 non excludit neqꝫ diminuit habitū charitatis ꝛ aliarum virtutū: ꝛ ideo nō ꝓprie maculat aīam: quia macula videtur importare aliquid manens in re maculata: sed solū maculat nitorē actualē: qui est ex actibus virtutū: ꝛ est quasi fulgor aīe exterior. Et quot actus venialis peccati cōmittimus: tot particulares nitores aīe maculamus. Unde Aug. in li. de penitētia. Peccata venialia: si multiplicentur: decorē nostrū ita extermināt: vt a celestis sponsi amplexibus nos separent. Hec ille.

¶ xi. Utrum veniale peccatum diminuat charitatem? Respondeo: ſm S. Thomam. in. q. disputatis de peccato veniali ar. 2. ꝙ q̄titas alicuius forme attēdit̄ tripliciter. Uno mō ex parte cause agentis. Quanto enim fuerit fortior virtus actiua: tanto inducit perfectiorē formā: perfectius reducens subiectū de potētia in actū: sicut magn⁹ calor magis calefacit: q̄ⱥ paruus. Alio modo ex parte subiecti: qd quidē tanto perfectius recipit formā ex ratione agentis: q̄to melius fuerit dispositū: sicut lignū siccū magis calefit: q̄ⱥ viride: ꝛ aer q̄ⱥ aqua ab eodem igne. Tertio modo cōsideratur quātitas alicuius forme: in q̄tum est virtus vel hitus ex parte obiecti. Uirtus n. oſ magna: que pōt in aliquid magnū. Omnis.n. habitus ex obiecto ꝛ spēm ꝛ quātitatē habet. Si ergo cōsideremus quātitatem charitatis ex parte obiecti: sic nullo pōt modo augeri vel minui. Ea.n. quoꝝ ratio consistit in indiuisibili aliquo: non intenduntur nec remittunt̄. Et hec est rō: quare quelibet species numeri caret intensione ꝛ remissione: q2 complet̄ per vnitatē: semꝑ.n. vnitas addita facit spēm: obiectuꝫ aūt charitatis hēt indiuisibilē rōnem: ꝛ cōsistit in termino. Est.n. obiectū charitatis deus: ꝓut est sūmū bonū ꝛ vltimus finis. Sed si ꝯsideretur quantitas charitatis ex parte agentis: sic pōt esse charitas maior vel minor: non ꝑꝑ maiorē vel minorē virtutē eius: sed ꝑꝑ sapiētiam ꝛ voluntatē ipsius: ſm quā diuersas mensuras gratie ꝛ charitatis distribuit hoībus: ſꝫ illud Ephe. 4. Unicuiqꝫ nostrū data est gratia ſm mensurā donationis christi. Si vero cōsideretur ex parte subiecti: sic potest esse charitas maior vel minor: in quātum homo se magis vel minus ad gratiam vel charitatem per bona opera disponit. Tamen sciendum est: ꝙ bona opera hominis: aliter se habent ad quantitatem charitatis: q̄ñ ad ipsuꝫ fieri charitatis: ꝛ aliter: quādo charitas est iaꝫ in ꝑfecto esse. Nā opera hominis ante charitatem comparantur

paratur ad ipsam: et ad quantitatem eius: non per modum meriti: cum charitas sit merendi principium: sed solum per modum materialis dispositionis: sed charitate iam habita: comparantur ad ipsam per modum meriti: quia ipsa per sua opera meretur augeri: vt aucta mereatur et perfici: sicut dicit Aug. Veniale autem peccatum non potest esse causa: vt charitas habita diminuatur: nec ex parte cause agentis. s. dei: nec ex parte recipientis. s. hominis. Ex parte quidem cause agentis: causa diminutionis esse non potest: quia veniale peccatum non potest mereri diminutionem charitatis: sicut actus ex charitate factus meretur eius augumentum. Qui. n. inordinate se habet circa id quod est ad finem: sicut ille qui peccat venialiter: non propter hoc minoratur eius affectus circa finem. Sicut si aliquis inordinate se habeat in sumendo medicinam: non propter hoc minoratur eius affectus circa sanitatem. Unde patet: quod veniale non meretur diminutionem charitatis: iam habite. Similiter dicendum est: quod nec etiam ex parte subiecti ipsam diminuere potest: quod ex duobus apparet. ¶ Primo quidem: quia peccatum veniale: non secundum idem est in anima: secundum quod inest ei charitas. Nam charitas inest secundum portionem superiorem, prout ordinatur in aliquid: sicut in summum bonum et vltimum finem: peccatum autem veniale habet aliquam inordinationem: non tamen attingentem ad ordinem vltimi finis. Unde etiam si esset contrarium: non diminueret charitatem: sicut nec nigredo in pede diminuit albedinem capitis. ¶ 2. quia forme in subiecto diminuitur per aliquam mixtionem contrarii: prout dicit Philosophus: illud esse albius: quod est nigro impermixtius. Ueniale autem peccatum non habet contrarietatem ad charitatem: quia non respiciunt idem obiectum secundum rationem. Non. n. veniale est inordinatio circa vltimum finem: qui est obiectum charitatis. Et ideo peccatum veniale nullo modo charitatem habitam diminuit. Potest tamen veniale peccatum esse aliqua causa: vt a principio minor charitas infundatur: inquantum. s. impedit vsum liberi arbitrii: quo homo ad gratiam suscipiendam disponitur. Et per hunc etiam modum potest impedire: ne charitas habita crescat: impediendo. s. actum meritorium: quo quis charitatis augumentum meretur. Hec Thomas in. q. disputatis de peccato veniali. ar. 2.

¶ 12. Utrum veniale charitati perfecte opponatur. Rndeo secundum Alex. de alis in 2. parte. q. 124. membro. 8. §. 3. dicentem. Charitas perfecta multipliciter dici potest. Cum. n. charitatis sit liberare vel ducere in libertatem. Primo quidem: secundum quod ordinat Aug. gradus liberationis: super illud. Jo. 8. Si filius vos liberauerit etc. liberat charitas a mortali: sed nondum plena est hec liberatio: quia liberatus iterum cadere potest in mortale. Si autem tantum perficiatur charitas vt iam non possit cadere in mortale: habens ipsam tunc perfectior est quam prius: sed adhuc imperfectio remanet: quia potest cadere in veniale. Et si adeo perficeretur: vt nec in veniale caderet: adhuc non esset plena liberatio: quia remaneret fomes. Sed adhuc extincto fomite: superest vnus gradus: scilicet amotio fomitis et omnis miserie: qui gradus erit in gloria: et tunc demum erit liberatio completa et plena libertas. Potest ergo dici perfecta charitas ad presens tripliciter. Uno modo prout est in sanctis iam glorifica-

tis: et cum ista non stat peccatum veniale. Unde dicit Dioni. ad Jo. euangeli. Si illi quos dicis sanctos: diligunt ea que sunt super terram: a diuino oio ceciderũt amore: et non noui quõ vocentur sancti. Hec ille. Constat enim quod neque sanctus iam glorificatus: neque ẽt in presenti vita confirmatus: vt nõ possit peccare nec venialiter nec mortaliter: põt nimis diligere ista terrena siue materialia et tẽporalia: et sic cum tali charitate non stat peccatum veniale. Alio mõ põt dici perfecta charitas: prout est in hominibus in terra positis ẽm habitũ: vt vz qñ mens et si non semper ẽm totum affectum suum actualem dirrigatur in deum: tamen vt frequenter facit: et apta est ad illud: et huic perfectioni ẽm habitum non repugnat quin liberum arbitrium aliqñ possit moueri motu veniali ẽm actũ: vnd: huiusmodi perfecta charitas non foras mittit veniale. Tertio mõ dici põt perfecta charitas in viatoribus in terra positis ẽz actũ: vt cũ totaliter delectatur charitas alicuius in amplexu sponsi: ita vt nihil aliud amplectetur: et huic perfectioni charitatis ẽm actum: bene vez est quod opponit veniale nec stat cũ ea. Si.n. aliquis inordinate diligit aliquid: licet venialiter: tñ cũ descẽdit ad illud sub deo: iam nõ totaliter adheret affectus eius deo: et ita cadit pfectio charitatis quãtũ ad actuz: remanere tñ põt quãtũ ad habitum. Et de ista perfecta chartiate tertia que est ẽm actũ: põt intelligi illud dictum Dionisij: quod sancti.i. habentes hanc perfectionem charitatis: nõ diligunt ea que sunt super terrã. Hec Alex.

Quo ad secũdã cõsiderationez principalem peccati venialis: notande sunt et diligenter aduertẽde plurime operationes: ex ipo veniali peccato pullulantes: que multiplicis ruine causam subministrant. Sicut.n. declarat Alex. de alis in.2. pte.q.124. et Tho. p.2e.q.88. et.89. et in.q. disput. de pcto veniali: et Sco. in prologo primi sentẽtiarum.q.2. in fine: peccatũ veniale siue peccãs venialiter pessimas operationes habet.

¶ Primo.n. peccatũ veniale est pter legẽ. Unde dicit.s. Tho. p.2e.q.88.ar.1. et in.q. disputatis de pcto veniali.ar.1. in rñ. ad primũ arg. Peccatũ veniale dicitur peccatũ ẽm rõnem imperfectã: et in ordine ad peccatũ mortale: sicut accidens dicitur ens in ordine ad substantiã: ẽm imperfectã rõnem entis. Nõ.n. est cõtra legẽ: quia venialiter peccans nõ facit quod lex vetat: nec pretermittit id ad quod lex per preceptũ obligat: nec corrumpit ordinẽ legis: quia nõ corrumpit dilectionẽ: que ẽ plenitudo legis: sicut scribitur. Ro.13. sz facit preter legẽ: quia non obseruat modũ rõnis: quẽ lex intendit: et sic in aliquo recedit ab ordine legis. Hec ex Tho. Peccans ergo venialiter preter legem operatur.

¶ 2. Non ordinatur in deũ. Sicut declarat.s. Tho. in.q. disputatis de peccato veniali ar.1. in respõsione ad.22. arg. Pctz veniale licet ñ excludat ordinẽ ad deũ: quia ñ excludit charitatẽ: que ordinat in deũ: tñ non ordinatur in deum: sed in aliud: puta in aliqualẽ proximi tristitiam: vel in aliquale dãnũ: aut in aliqualẽ sui vel proximi delectationẽ aut lucrũ: et sic venialiter pec

cās: faciē a deo aliqualiter auertit.
¶ 3. Nō reddit honorē debitum deo. Sicut declarat. s. Tho. vbi supra. in responsione ad. 8. & 9. argu. Peccans venialiter: q2 non subdit voluntatem suā volūtati diuine: vt tenet: s̄m Ansel. in lib. Cur deus homo: nec omnia opera sua in deum ordinat. Sicut p̄cipit Apostolus dicēs. 1. Cor. x. Siue māducatis siue bibitis: siue aliquid aliud facitis: omnia in gloriam dei facite: ideo venialiter peccando: nō reddidit honorē debitū deo: seruādo p̄ceptū affirmatiuū in actu: & ideo nec ipse peccans: ex eo honorem recipiet: sed confusionem & punitionem.
¶ 4. Caret ordine Amoris. Sicut. n. dicit. s. Tho. vbi supra. i rn̄sponsione ad. 21. arg. Licet venialiter peccās: nō careat ordine amoris simpliciter circa finē: q2 nō expellit gratiam ordinātem ad finem: tn̄ caret ordine amoris in aliquo actu circa ea que sunt ad finem: puta circa creaturas. Nā inordinate diligit aliquod bonū temporale: puta: sensualem delectationē: aliquod paruū lucrum: aliqualem ꝓximi tristitiam: & sic caret ordine amoris: quem in actu suo hr̄e deberet.
¶ 5. Cadit ab actu charitatis. Sic̄ declarat. s. Tho. vbi supra. ar. 2. in rn̄. ad 13. arg. peccans venialiter: nō cadit ab ipsa charitate que est habitus in mente: q2 per veniale non expellitur: nec cadit a perfecto gradu ipsius charitatis habitualis: q2 non diminuitur; sed ab aliq̄ charitatis actu. Et sic intelligitur illud Prouer. 24. Septies in die cadit iustus: ab actu. s. charitatis: qui deberet in esse: cadit dico in actū venialis peccati. O vtinam non caderet nisi septies. O vtinā nisi septuagies. O vtinā nisi centies. O vtinam septies in die resurgerent & a peccatis venialibus abstinerent.
¶ 6. Retrocedit. Sicut dicit. s. Tho. vbi supra in rn̄. ad. xi. arg. Peccās venialiter: licet nō perdat vel diminuat charitatē que est in aīa: tn̄ q2 venialiter peccando nō ꝓficit in via dei: īmo retardatur a ꝓficiēdo: ideo dicitur in via dei retrocedere. Un̄ Ber. i sermone de purificatione dicit. Non procedere in via dei: ē retrocedere. Heu: quot passibus: quot peccatis venialibus: aīa misera quotidie retrocedit: quotidie ad vomitū reuertit.
¶ 7. Retardat augumentū charitatis: Sicut declarat. s. Tho. vbi supra. in rn̄. ad. 14. arg. Pcc̄m veniale retardat actū charitatis & augumentū eiusdē charitatis: lz nihil diminuat de essentia charitatis. Si quis. n. dū venialiter peccat: ali[illegible] actū charitatis eliceret: augumentū aliquod ipsius charitatis mereretur: & ideo venialiter peccando: & actū charitatis & augumentū simul retardat.
¶ 8. Diminuit amorē in actu. Sic̄ declarat. s. Tho. vbi s̄. in rn̄. ad. 12. arg. Per pcc̄m veniale diffunditur amor hoīs ad creaturas: nō s̄z rōnes finis: ꝑut amat̄ de⁹: & iō n̄ diminuit̄ amor ad deū in hitu: forte tn̄ & ꝓbabiliter diminuit̄ amor ad deū in actu. Un̄ dicit Phs in. 8. ethicoꝝ q̄ īpossibile est plures intēte diligere. Exēplū. Sicut colūna q̄ retinet lapidē ne cadat deorsu: nō diminuit grauitatē lapidis: sz casuz actualē tm̄: & sic ligās hoīez nō diminuit virtutē ꝓgressiuā hoīs: sed actualē ꝓgressuz tm̄: ita pcc̄z veniale non diminuit formā charitatis in anima quiescētem; sed tantum diminuit

charitatis actū: siue amorem in actu: vt dicit ibi. S. Tho. in rñ. ad. 16. arg.

¶ 9. Diminuit feruorē charitatis. Sicut. n. dicit. s. Tho. vbi. s. in rñ. ad. 17. arg. Feruor' charitatis dupliciter sumitur. Uno mō fm q̄ importat intētionē inclinationis amātis in amatū: et talis feruor est essentialis charitati: et non diminuitur per veniale peccatum. Alio mō dr̄ feruor charitatis: fz q̄ redundat in motus dilectionis: etiā in inferiores vires: vt quodāmō non solū cor: sed etiam caro exultet in deū: et talis feruor per pctm̄ veniale diminuit: absq̄ tñ diminutione charitatis. Et pctō℞ venialiū multiplicatio est vna causa: ob quā rari sunt charitate' feruētes: sed tepidi: negligētes: et pigri: cōtra illud Pauli ad Ro. 12. Sollicitudine nō pigri: spiritu feruentes: dño seruientes.

¶ 10. Diminuit charitatē quo ad suā radicationē. Nā vt dicit. S. Tho. vbi supra in rñ. ad. 5. arg. cū per cupiditatem venialia pctā multiplicantur: ipsa sic multiplicata disponūt ad amissionē charitatis: et per cōsequēs aliq̄ mō ipsam charitatē eradicāt dispositiue: et in sua radice et firmitate perturbāt.

¶ xi. Causat malū habitū. Sicut. n. fz phm̄ in. 2. ethi. ex frequētatis actib' cytharizādi generat̄ talis habit': ita fm. s. Tho. vbi. s. in rñ. ad. 9. arg. ex multis peccatis venialib' causari potest aliquis habitus: qui. s. est vitiosus: sicut et actus ex quibus generat̄: et in similes actus inclinat: q̄ Adolescens iuxta viā suā: etiā cū senuerit: nō recedet ab ea. Heu quot sunt hoc mō male habituati in pctis venialib' mētiēdo: ridēdo: irridēdo: comedēdo: bibendo: cogitando et c.

¶ 12. Causat delectationē in pctō. Sicut. n. dicit. S. Tho. in. q. disputatis d̄ veniali pctō ar. 3. Ex multiplicatione pctō℞ venialiū augmentat̄ et crescit delectatio i pctō: delectatio āt cū creuerit: ptrahit i ruinā. Heu quot strauit.

¶ 13. Causat auiditatē. Sicut. n. dicit S. Tho. vbi. s. Ex multiplicatiōe venialiū crescit auiditas. s. delectationis vel etiā iterandi peccata venialia. Ille lusor: ille verbosus: ille mendax: cum tale exercitiū frequētauerit: ardet desiderio talia replicādi: et ista auiditas pertrahit ad ruinam.

¶ 14. Disponit ad casum: et inducit ad mortale. Sicut enim dicit Alex. in. 2. parte. q. 124. mēbro. 8. § iii. in fine. et S. Tho. vbi s̄. Quando multa peccata venialia aggregant̄ in aīa: et latent ibi simul: si perfecta charitas nō statim inflāmat ad penitēdū de talibus venialibus: fit maior dispositio ad prostrationē: et maior inclinatio ad peccatum mortale. Uñ Aug. super. 1. Jo. 1. Si dixerimus q̄ pctm̄ nō habemus: ait. Multa leuia faciūt vnū graue. Multe gutte implent flumen. Multa grana vnā faciunt massam. et idē Aug. sup illō ps. 39. Multiplicate sunt super capillos capitis mei: dicit. Caue si vitasti grandia: ne obruaris arena mino℞ peccato℞. ille. Heu: Heu: venialia peccata quot pertrahunt ad ruinā. Sicut. n. labor aut iracūdia disponit ad febrē et ad mortem: ita veniale ad mortale.

¶ 15. Appropinquat ad mortale. Nam vt dicit Alex. d̄ alis in. 2. parte. q. 124. membro. 2. et Sco. in prolo. primi. q. 2. in fine. Aliq̄n veniale pctm̄ et mortale vicina sunt: et si sint in eodē genere materie: puta: superbie: vel auaritie

tie: difficile est dicere: vsq ad quid ex tendat veniale pctm: et qn incipit esse mortale: et vt dixit Scotus. Supposita sacra scriptura: et suppositis omnibus doctorum et expositorum doctrinis: multa sunt in actib⁹ humanis dubia an sint peccata venialia vel mortalia: puta: in quoto gradu superbia sit mortale peccatum: sic gula: sic inuidia. Et ideo a talibus peccatis etiã venialibus tanq̃ a periculosis debet homo sibi cauere: et custodire se: ne dũ se exponit periculo: incidat in pctm: q si noluerit querere salutẽ: sed non curãdo exponat se periculo: vbi forte de genere actus nõ est peccatũ mortale: tñ peccabit mortaliter: se periculo exponẽdo. Hec Sco. Heu quot obruunt in flumine peccatorũ venialiũ: quibus dr: q caueant sibi a talibus: q sunt dubia: et tñ nolunt cauere: vt mulieres a pictura faciei: ab ostẽsione carniũ: a curiositate vestium.

¶ 16. Transit in mortale. Sicut. n. declarat Alex. de alis vbi supra. mẽbro 3. et Tho. p⁹ 2ᵉ. q. 88. ar. 4. et 5. et in q. disputatis: de peccato veniali ar. 3. Licet. n. pctm veniale: inquãtũ est actus volũtatis: nunq̃ possit fieri mortale: q tunc fieret per mutationem voluntatis: et iam nõ esset vnicus actus: sed duo: tamen loquendo de aliquo actu in genere nature: dico ẽm predictos: q veniale pctm deriuatur in mortale pluribus modis. ¶ Primo per occasionẽ. Nam peccatũ veniale qñ insurgit: si non cohiberet: posset progredi vsq ad mortale: nõ q ipsum in substãtia fieret mortale: sed quia ex ipso occasionaliter fieret mortale progrediẽdo. ¶ 2. per volũtatẽ. Nã aliquid est peccatũ veniale ex gñe suo: vt dicere verbũ ociosum vel mẽdaciũ iocosum: trãsit tñ in mortale per voluntatẽ: qñ per illud intẽdit ad libidinem prouocare. ¶ 3. per volũtatis mutationẽ. Exemplum. Aliquis incipit ire ad ecclesiã: vt habeat aliquã leuem vanagloriã et humanã laudẽ: hoc ẽ peccatũ veniale: si aũt in progressu mutaretur volũtas: et intenderet ire: vt aliquẽ ad mortale odiũ vel ad luxuriã prouocaret: illud veniale trãsiret ĩ mortale. ¶ 4. per nouũ consensum: puta surgit motus cõcupiscẽtie adulterandi ĩ sensualitate sine deliberato consensu volũtatis illud est peccatũ veniale: si superueniat cõsensus voluntis nouus: de veniali trãsit in mortale. Heu: heu: quot precipitanẽ de veniali in mortale. ¶ 5. per inobediẽtiã. Nã si quis aliqđ veniale pctm cõmitteret: puta: si frãgeret silẽtiũ: si superioris obediẽtia hoc phiberet: et ille desistere nollet: posset illud veniale transire in mortale. ¶ 6. per contemptum: vt si quis aliquid: quod ex sui natura veniale est: in dei contemptum vel in contemptũ sui prelati cõmitteret: de veniali transiret in mortale. O quotiens hoc occurrit. ¶ 7. per scandalũ. Exemplũ. Quis leuiter irascitur fratri suo: est peccatũ veniale: superueniente scandalo ex tali ira: trãsiret in mortale: comedere carnes laute preparatas: est peccatũ veniale: superueniente scãdalo: trãsit in mortale. Unde Aplᵉs p Cor. 8. Si esca scandalizat fratrẽ meũ: nõ mãducabo carnem in eternũ. Hic practica per. 7. modos supradictos: contra lusores: ebrietantes: circũspiciẽtes mulieres: cõtra mulieres se fucãtes: collũ et mammillas discooperiẽtes: cõtra verbosos

Uo ad tertiā principalē pctī venialis cōsiderationē: cōclusiones plurime notāde sunt.

¶ Prima. Remissio peccati venialis per accidēs facit profectum spirituale. s. quātū ad remotionē impedimēti: vt dicit. s. Tho. in. q. dispu tatis de peccato originali ar. x. in rñ. ad. 5. arg. Et ideo quisq; sollicitus eē debet: ad pctōꝝ venialiū remissionē impetrandam ꝛ procurandam.

¶ 2. Uitare pctā venialia est vite eterne aliquādo meritoriū. Sicut. n. dicit s. Tho. vbi supra in rñ. ad. 8. arg. Si quis affirmatiue velit nō peccare venialiter ꝑꝑ deū: q: ista volūtas potest esse ex charitate: ideo vitare peccatū veniale pōt esse eterne vite meritoriū. Et ideo vnusquisq; frequēter elicere d; actū volēdi nō peccare venialiť.

¶ 3. Pctā venialia pluribꝰ modis remittunť sicut declarat. S. Tho. vbi supra ar. xj. ꝛ. 12. ꝛ Sco. in. 4. di. 17. ¶ Primo per sacramēta noue legis dato q nō sint ad h instituta. ¶ 2. per aque benedicte aspersionē: ꝛ pontificalē benedictionē. ¶ 3. per orationē dominicam: ꝛ pectoris tunsionem. ¶ 4. per actualē ꝛ generalē venialiū displicētiā. ¶ 5. per charitatis feruorē. ¶ 6. Uenialia aliqñ delenť totaliter q̄tū ad culpā ꝛ penā sine aliquo opere speciali. sicut per actū feruentem cōtemplationis in deum: vt dicit Sco. vbi supra. Et ideo hec remedia sunt frequētius requirenda.

¶ 4. Peccata venialia a finali grā delenť. Sicut. n. dicit Alex. de alis in. 2. parte. q. 124. membro. x. cum anima separat a carne in morte: si sit in gratia: illa grā: eo q finalis: preualet supra pctm̄ veniale: ꝛ delet illud in dissolutione aīe a corpore: Quis nōn sit ibi cōtritionis motus ad illud directus: ꝛ allegat mgr̄um sentētiarū in. 4. di. 21. ꝛ Aug. de ci. dei. Et idē Alex. in. 2. parte. q. 127. mēb. 3. ait. Ueniale peccatū: quātū est de se: nō h; reatū nisi pene tp̄alis: sed ex adiūctione mortalis pōt habere penā eternā. Cū enī eius deformitas est sine fine: deformitati sine fine respōdet pena sine fine. Hec ille. Sanctus vero Tho. in. q. disputatis de pctō veniali ar. xj. dicit: q in illo qui moritur sine venialiū cōtritione morte repētina vel huiusmodi venialia remittunť i purgatorio quo ad culpā: per actū charitatis in deum: licet ille motus dilectionis nō mereatur absolutionē vel diminutionē pene. Sed Sco. in. 4. di. 21. dicit: q ponere aliquē motū in aīa: per quē deleať veniale post hāc vitam: nō videť doctrine theologice cōsonū: que ponit statū illū ab istis immunē. s. a merito vel demerito.

¶ 5. Peccata venialia grauiori pena in purgatorio puniunť: q̄cūq; pena vite presentis. Hec dicit Sco. in. 4. di. 21. ꝛ Aug. de ci. dei lib. 21. c. 27. dicēs Grauior erit ille ignis: q̄ qu cq̄d homo pati poterit in hac vita.

¶ 6. Pctm̄ veniale per accidēs punit eterna pena: ꝺm multos. Nā vt dicit Alex. de alis in. 2. parte. q. 124. mēb. 1. Sicut pctm̄ mortale pōt fieri veniale ꝛ venia dignū per penitētiā cui coniungiť: ita pctm̄ veniale ex opposito fit dignū pena eterna ꝛ interminabili ꝑ impenitētiā finalē: qñ ē coniūctū mortali. Et hoc idē tenet. s. Tho. in. q. disputatis de pctō veniali ar. x. Quāuis Sco. dicat oppositū in. 4. di. 21. O q̄ miseri ꝛ stulti sunt illi: qui ita faciliter

venialia

venialia peccata committunt.

¶ 7. Quātitati pctī venialis in inferno correspondebit accerbitas pene: mi-nori minor: & maiori maior: vt dicit. s. Tho. vbi supra. Et sue indelebilitati eternitas pene. A qua nos liberet pa-ter filius & spirit⁹ sctūs. Venite ergo ascendamus ad montem dñi: & doce-bit nos vias suas. Amen.

¶ De actuali & mortali pctō: & eiusdē multiplici nomine. Cap. 9.

Venite: ascēdamus ad mon-tem dñi: & docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec v̄ba. Exo. 9. Vidēs aūt Pharao: q͡ cessasset pluuia & grādo & tonitrua auxit peccatū: & ingrauatū est cor eius & seruorū illius: & induratū nimis.

¶ Quātū sit labilis & ad peccādū pro-na rationalis creatura in hac miserie valle: charissimi fratres: diuina decla-rat scriptura: dicens: Gen. 6. Vidēs aūt deus: q͡ multa malicia hominum esset in terra: & cūcta cogitatio cordis intēta esset ad malū omni tēpore: pe-nituit eū: q͡ hominē fecisset in terra. Propter hāc ad malū pronitatē hō pctm̄ suum multipliciter augmentat.

¶ Primo nāq͡ est peccati temptatio in sensualitate: & ista temptatio nō est peccatū: & in serpēte figurat: qui pri-mo temptauit Euā matrē nostrā: & nō peccauit ipse serpēs: sicut declarat Alex. de alis in. 2. parte. q. 124. mem bro. 6. Vñ scribit Jaco. i. Vnusq͡sq͡ tentatur a cōcupiscentia sua: abstra-ctus & illectus. ¶ 2. loco peccat por-tio rōnis inferior: que carni siue sen-sualitati cōsentit: & hic incipit esse pec catum. Et ſm Alex. de alis. vbi su-pra. Nec inferior portio rationis in Eua: que serpenti cōsensit & peccauit: figuratur. Unde scribitur Jaco. i. Cō cupiscentia cum conceperit: parit pec catum. ¶ 3. loco peccat portio ratio-nis superior: consentiens in actum peccati: & ista ſm Alex. per Adam figuratur: qui mulieri consensit: & pomum gustauit: & peccauit. Et hic peccatum est consumatum & anime mortē generat: vnde scribitur Jaco. primo. Peccatum vero cum consu-matum fuerit generat mortem.

¶ Ultimo loco per malam peccādi cō suetudinem peccatum augetur: & cor induratur: sicut patet in Pharaone & seruis eius: quorum cor induratum fuit: ut dicūt assumpta verba pro no stri sermonis solido fundamēto. Su per quibus: de mortali & actuali pec-cato tria mysteria consideranda suc-currunt.

¶ Primum Diffinitio.

¶ Secūdum Nominatio.

¶ Tertium Occasio.

Primum est diffinitio. ¶ Cu3 diffinitio ſm Phm̄ indicet eē rei. Esse autē vniuscuiusq͡ rei tunc perfecte cognoscimus: cū causas illius distincte penetramus: vt dicit̄ ꝑ posterior. Cause āt cuiuslibet effect⁹ ad quattuor principaliter redducun-tur: ſm phm̄ in. 2. physicorū: & in. 2. metaphysice: v3 ad causa3 materialē: formalem: efficientem: & finalem: & ideo cum peccati sint cause plurime: plurime eiusdem diffinitiones assi-gnantur per comparationem ad di-ctas causas. Et vt dicit Alex. de alis in. 2. parte. q. 123. membro primo: pec cati actualis & mortalis diffinitiones nouem a doctoribus explicantur.

¶ Prima correspōdet materie ī qua. Et sic diffinit illō Aug. in li. de libero arbitrio dicens. Peccatū est affectio mala voluntaria. Affectio.n. voluntaria est id in quo fundatur primo peccatū actuale. Et vt dicit Alex. de alis vbi supra.§.5. per hoc qd̄ dicitur voluntaria: differt ab affectione penali: que est passio non voluntaria in genere qualitatis: per hoc q̄ dicitur mala: differt ab affectione volūtaria bona: que est in actu virtutis. Et ista affectio volūtaria ⁊ mala: duo ī se habet: vnū positiuū reale: ⁊ istud est materia in qua fundatur peccatū: ⁊ vnam priuationē debite rectitudinis: ⁊ ista priuatio est formaliter peccatum: qd̄ fundatur in illo positiuo tanq̄ in sua materia ⁊ in suo fundamēto: vt dicit Alex. vbi supra. ⁊ Sco. i. 2. di. 35. Ex ista prima peccati diffinitione elicitur conclusio talis. Qz quilibet sūma cū diligentia affectiones cordis custodire debet: nec eas euagare permittere: q2 peccati sunt fundamenta.

¶ 2. correspondet materie ex qua. Et sic diffinit peccatū Aug. dicēs. Peccatum est actus incidens ex defectu boni. Et f̄m Alex. de alis vbi s̄.§.6. Peccatū dicit̄ actus incidens: nō q2 casualiter incidat: sed q2 non est ex necessitate: sed contingenter prouenit ex voluntate. In voluntate eniꝫ est peccare vel nō peccare. Cū dicitur ex defectu boni: notatur defectus potētie: vel scientie: vel bonitatis. Uolūtas.n. aliqñ peccat per infirmitatem: ex defectu potentie ad resistēdū: aliqñ per ignorantiā: ex defectu scientie ad discernendū: aliqñ per maliciam: ex defectu bonitatis ad obuiandū. Concordat Sco. in. 2. di. 43. q. 2. Ex ista peccati diffinitione elicio h̄ c cōclusionē. Creatura rōnalis sollicite debet peccato resistere per potentiā: peccatū discernere per scientiā: peccatū abhominare per bonitateꝫ: ⁊ circa hec tria diligenter inuigilare: quia sunt materia ex qua peccatum originatur.

¶ 3. Materie circa quam. Et sic diffinit peccatū Magister sentētiarum in. 2. di. 35. dicens. Peccatū est omne dictū vel factum vel concupitum: quod fit cōtra legem dei. Et f̄m Alex. de alis vbi supra.§.4. diffinitur hic peccatum: vt est actus: siue vt actuale. Ois aūt peccati actus: aut ē actus cordis: ⁊ sic cōcupitū: aut oris ⁊ sic dictū: aut operis: ⁊ sic factuꝫ contra legem dei. Diffiniendo.n. vel diuidendo peccatū p materiā circa quam: erit quoddā peccatum dictum: quoddā factum: quoddā concupituꝫ: circa.n. hec tria versatur omne actuale peccatum. Ex ista peccati diffinitione hanc elicio cōclusionē. Ois chr̄istifidelis circa oia sua ꝯcupita ⁊ circa oia sua dicta: ⁊ circa oia sua facta: dꝫ indesinēter inuigilare: q2 circa hec tria versatur oē peccatū. Un̄ scribit̄ Prouer. 4. Omni custodia serua cor tuum: quo ad concupita. Remoue a te os prauuꝫ: quo ad dicta. Non declines ad dexteram neq3 ad sinistrā: q̄ ad facta siue opa.

¶ 4. forme. Et sic peccatū diffinit Anselm. dicēs. Pcc̄ꝫ est carētia debite iusticie. Et f3 Alex. d̄ alis vbi s̄.§.7. accipitur ibi iustitia nō proprie pro vna virtute: s3 coiter p rectitudine volūtatis: q̄ attēdit̄ f3 quācūq3 virtutē. Et ista diffō pcc̄i corrn̄det forme: ⁊ dat̄ p formā peccati. s. p priuationē ⁊ carētiā: peccatū.n. est formaliter priuatio ⁊ carentia debite rectitudinis: in actu:

in actu: sꝫ Sco. in .2. di. 35. Ex ista diffinitione hanc elicio cōclusionē. Quilibet christifidelis diligēter aduertere debet omnia illa: ad que obligatur: siue sint precepta diuina: siue vota: siue promissa: siue iuramēta: & sollicite omnia adimplere: quia pctm̄ nihil aliud est: nisi carentia & priuatio debite rectitudinis & iuste operationis. Unde scribit Isa. 48. Utinā attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumē pax tua: & iustitia tua sicut gurgites maris.

¶ 5. Cause efficiēti: a qua est. Et sic diffinit peccatū Ansel. dicēs. Peccatum est carētia debite iustitie: ex propria volūtate siue ex proprio libero arbitrio pcedēs. Et sm Alex. de alis vbi supra. §. 7. ista particula: procedēs ex ppria volūtate: distinguit pctm̄ actuale mortale a peccato originali: quod licet procedat ex propria volūtate primorum parentum: nō tamen ex propria volūtate paruulorum cōtrahentium originale: sed actuale procedit ex propria volūtate ipsius peccantis: que voluntas est causa peccati: siue effectiua siue defectiua: vt etiā tenet Sco. in .2. di. 34. Ex ista diffinitione hanc elicio cōclusionē. Quilibet sue cupidus salutis: debet volūtati sue diligēter attēdere: & eam abnegare: & a proprijs cupiditatibus auertere: ne sibi sit causa peccati. Uñ scribit Eccl. 18. Post concupiscētias tuas nō eas: & a volūtate tua auertere. Si prestes aīe tue concupiscentias eius: faciet te in gaudium inimicis tuis.

¶ 6. Cause efficienti: a qua deficit. Et sic peccatum diffinit Ambro. dicens. Pctm̄ est preuaricatio legis diuine: & celestiū inobediētia mandatorum. Et sm Alex. de alis vbi. s. §. 2. Preuaricatio refertur ad precepta negatiua in declinatione a malo: inobediētia vero ad precepta affirmatiua in faciendo bonū. Et intelligitur cōmuniter sumpta ad legē nature & ad legem scriptam: vtraqꝫ enim est lex diuina: & sic capiendo legē: nullū est peccatum: qꝫ non aliqua lege prohibeatur. Et ista diffinitio dicitur correspondere cause efficienti a qua deficit: idest legi diuine: a qua voluntas deficiēdo peccat. Et lex diuina dicitur quodammodo causa effectiua peccati: quia vt dicitur Ro. 5. Lex subintrauit vt abūdaret delictum. Et vt dicitur Ro. 7. Cum venisset mādatū pctm̄ reuixit. Ex ista diffinitione hanc elicio cōclusionē. Quilibet salutis sue cupidus: tota mentis intentione inuigilare debet: & caute circūspicere tam legē naturalē qꝫ diuinam: ex quarū trāsgressione peccatū causatur: vt dicere possit cum propheta: in ps. 118. Legem pone mihi dñe viā iustificationū tuarū: & exquirā eam semper. Da mihi intellectum: & scrutabor legē tuā: & custodiam illā in toto corde meo. Et hoc ē cōtra multos: qui de diuina & naturali lege nunqꝫ meditantur: & ideo in peccatorum profundum deuoluuntur.

¶ 7. Cause exemplari. Et sic peccatum diffinit Aug. in lib. de vera reli. dicēs. Peccatū est appetere quod christus contempsit: vel fugere que Christus sustinuit. Et vt dicit Alex. de alis vbi supra. §. 3. Cū fuga sit tristiū: & appetitus delectabiliū: cū etiā delectabile & triste circueant motū in volūtatibus omnis volūtas erit in appetitu: aut in fuga: & qꝛ omne peccatū vel est voluntas: vel nō sine voluntate: ideo omne

peccatū cōprehēditur sub aliquo istorum membrorū: appetere que Christus contempsit: vel fugere que sustinuit. Omne.n. peccatum est: vel ex amore male accendente: quod ē appetere: vel ex timore male humiliante: quod est fugere. Ex ista diffinitione talē conclusionē elicio. Quilibet christifidelis ante sue mētis oculos proponere debet christi vitā: & ipsam pro viribus imitari: qr ē exemplaris nostre bonitatis causa: a qua deficiendo: peccamus: & Christi societatem & propriā animā perdimus. Unde clamat: Mat.x. Qui nō accipit crucem suā: & sequit me nō ē me dign⁹. Qui amat patrē aut matrē plusq̄ me: nō est me dignus. Et hoc ē ɔ multos qui de Christi vita nunq̄ meditantur: & ideo in peccatorū voraginē dilabunt.

C 8. Cause finali ipsius peccati. Et sic peccatū diffinit Aug. dicēs. Peccatū est conuersio voluntatis indebita ad cōmutabile bonū. Et nota: q̄ ista diffinitio correspōdet cause finali ipsius peccati. Causa autē finalis peccati est bonū cōmutabile: cui tanq̄ fini adheret peccatū vel peccator: quia pctm̄ est frui vtēdis. Et nota ſm Sco. in.2.di.35.&.37. q̄ voluntas est debitrix dandi rectitudinē actui suo: quē elicit: & hoc facit: qn̄ ipm̄ elicit ad deū: vel ad creaturā aliquā: in ordine tn̄ ad deū. Et ideo: qn̄ cōuertit amorē suum ad creaturas: puta ad diuitias: honores: delectationes: ponēdo in eis finē suū: & diligendo supra deū: tūc illa cōuersio ad bonū cōmutabile est indebita: idest contra debitū: & sic est peccatū: Ex ista diffinitione hāc cōclusionē elicio. Quicūq̄ inordinate cōuertūt ad bona huius mūdi cōmutabilia: inordinate diligendo: fit instabilis vilis: & despectus: sicut & talia instabilia & vilia & despecta sunt. Unde clamat deus. Osee.9. Abalienati sunt in cōfusione: & facti abbominabiles: sicut ea q̄ dilexerūt. Effraim q̄si auis auolauit.

C 9. Cause finali ipsius pecātis. Et sic pctm̄ diffinit Aug. in li. de li. ar. dicēs. Pctm̄ est: spreto incōmutabili bono adherere commutabili bono. Et aduertendum: q̄ peccatū dicit auersionem a deo: & recessū ab eodē: & istud videt esse formale in pctō: dicit etiam cōuersionē ad creaturā: & accessū ad eādē: ſm Alex. vbi s̄. Et istud vr̄ eē materiale in pctō: vt dicit. S. Tho. in q. disputatis d originali pctō. ar.2. Et ideo: mortaliter peccās terga vertit fini suo: & nūq̄ inueniet requiē: nec pacem nec bonū: & merito tali f.ne priuabitur: & nunq̄ possidebit: nūq̄ videbit: & nunq̄ fruet illo fine. Unde clamat deus ad ipsam animā peccantē: vt peccati sui damnū cōsideret: dicēs Hiere.2. Scito: & vide: qr malum & amarū est: reliquisse te dominū deū tuū: & nō eē timorē eius apud te: dicit dn̄s deus exercituū. A seculo confregisti iugum meum rupisti vincula mea: & dixisti. Nō seruiam. In omni colle sublimi: & sub omni ligno frondoso: tu consternebaris meretrix. Practica: & comple primam partē.

Secūdū principale ē nominatio.

f C Sicut peccatū plurimas hʒ diffinitiones: ita plurima sortitur noīa. Habet.n. varios respectus ad diuersa pp̄ quos & diuersos causat effectus: & diuersas denoiationes sortitur. Et vt declarat Alex. de alis in.2. parte. q.123. mēbro.1. §.7. & Cōpēdiū theologie. li.3. c.4. Pctm̄ mor

tale et actuale. 12. nolôlus notatur.

¶ P°. Uocatur offensa. Et hoc: inquantum est cōtra deū: et cōtra diuinā maiestatem facit. Et sic deū offendens fit dei inimicus: et in magnā incidit litē: et qz peccat in deū et in diuinā maiestatem: ideo: quantū ē de se diuino adiutorio priuari: et a diuina visione separi meretur. Unū. S. Tho. in. q. disputatis d̄ pctō originali. ar. x. dicit. Qui peccat in aliquid: ex hoc ipso eius meret̄ beneficio priuari: sicut qui in ciuitatem peccat: ciuitatis beneficio per exilium spoliat̄. Qui ergo per mortale pctm̄ dei maiestatē offendit: diuine maiestatis adiutorio merito spoliatur: et ideo sub diaboli dn̄io captiuat̄. De hoc nomine pcti scribit̄. Jaco. 2. Quicunqz aūt totā legē seruauerit: offendat aūt in vno: factus ē oīuz reus. Et Jac. 3. In ml'tis. n. offēdim⁹ oēs. i. peccam⁹.

¶ 2. Scelus. Et hoc: inquantū facit deo iniuriā siue offensam magnā. Sicut enim dicit Alex. de ales vbi. s. scelus dr̄: qd̄ specialiter ē in iniuriā dei: cū. s. deus maxime offendit̄: ita q scelus respicit deū: quē offendit offēsa et graui et enormi: prout est blasfemia: dei maledictio: idolatria: infidelitas: inobedientia tēplor profanatio. De hoc noie peccati: scribit̄ Amos. 2. Super tribus sceleribus iuda: et super quattuor: et nō cōuertā eā: eo q abiecerit legē dn̄i: et mādata eius nō custodierit. Et. 2. ad Timo. 3. Erūt hoīes cupidi: elati: superbi: blasfemi: scelesti: criminatores: proterui. et c.

¶ 3. Nephas. Et hoc inquantū ē maxime illicitū et cōtra iustitiā. Sicut. n. dicit Alex. de ales vbi. s. Phas idē est qd̄ licitū: et ideo pctm̄ dicit̄ nephas: cū maxime illicitū est persone operanti illud: qz phas respicit personā: qz ē maxime delinquit: et qz maxime illicitū: ideo est diuina acceptatione indignū. De hoc noie peccati: scribitur. 2. Macha. 4. Propter Jasonis nephariū et inauditū scelus. Nephas dicitur peccatū fornicationis: Ezech. 23 Ingrediebant̄ ad Ollā et ad oolibā meretrices nephariās. Et peccatum incestus: Ezech. 22. Socer nurū suā polluit nepharie: et frater sororē suā oppressit in te. Et pctm̄ adulterij siue sacrilegij: Judic. 20. Nunqz tantum nephas et tam grande piaculū factū est in Israel. Et peccatū sodomie: Leuit. 20. Qui dormierit cum masculo coitu femineo: vterqz operatus est nephas. O qz grande nephas.

¶ 4. Preuaricatio. Et hoc: inquantū respicit diuinā legē: et dei mādatum: transgrediēdo: preuaricatur. Pctm̄ enim dr̄ legis et mādati preuaricatio: fm̄ illud Pauli ad Ro. 4. Ubi non est lex: nec preuaricatio. De isto noie peccati: scribit̄. 2. Macha. 7. Parati sumus mori: magis qz patrias dei leges preuaricari. Et qui sic dei legem preuaricantur: a dei lege in suis tenebris relinquent̄: et p legē damnabūt̄: dicēte Paulo ad Ro. 2. Quicūqz in lege peccauerūt: per legē iudicabunt̄. Heu quot miseri iudicabunt̄ et condemnabunt̄. Quot aūt sint diuine legis preuaricationes: declarat deus dicēs: Jere. 5. Multe sunt p̄uaricationes eor: cōfortate sūt auersiōes eor.

¶ 5. Delictū. Et hoc inqūtū est recessus quidā a dignitate gratie prius habite: delictū. n. quasi derelictuz dr̄: et qz grā est vita anime: pctm̄ dr̄ delictuz: qz est quidam recessus a vita a qua se elongat: et quidam processus siue

appropinquatio ad mortē. Unū Paulus ad Ro.5. Sicut enim vnius delicto mortui sunt multi: multo magis gratia dei: et donū in gratia vnius hominis Jesu Christi: in plures abundauit. De hoc noie peccati: et de ipsius recessu a gratia: et de accessu ad mortem: scribitur ad Ro.5. Ubi abundauit delictum superabundauit et gratia: vt sicut peccatū regnauit i mortē: ita et gratia regnet per iustitiā in vitā eternam. Quot autē sint huiusmodi delicta: dicit Propheta in ps.18. Delicta quis intelligit? Qui delinquūt: deū dereliquūt: et creaturis deseruiūt. Hie.i. Dereliquerūt me: et libauerunt diis alienis: et adorauerūt opus manuum suarum.

¶ 6. Macula. Et hoc inquantū ponit defectū grē: et dicit deformitatē ptis superioris vel inferioris aie: vt dicit Alex. de alis vbi. s. Et sicut dicit. s. Tho. pª 2ᵉ. q.86. ar.2. Macula peccati importat quēdā defectū nitoris propter recessum a lumine gratie: et ideo q̄diu homo manet extra lumen diuine gratie: manet in eo macula peccati. Portio enim anime superior vel inferior: diuine gratie lumine et nitore priuata dr maculata: sicut et corpus aliquod suo nitore priuatū dicit maculatū. De hoc noie peccati scribitur Eccl.31. Beatus vir diues q̄ inuētus est sine macula: et qui post aurū non abiit: nec sperauit in pecunia et thesauris. Et quot sunt peccata: tot sunt et macule spirituales: vt dicit. S. Tho. vbi supra. ar.1. Unde Jaco.3. Lingua cōstituit in membris nostris: que maculat totū corpus. Practica.

¶ 7. Uitiū. Et hoc inquātū dicit defectum boni nature: nam peccatū et naturā vulnerat: et bonū nature diminuit. Unde. s. Tho. pª 2ᵉ. q.71. ar.2. dicit. Cū homo in sua specie cōstituatur per rationē siue p animam rationalē: quod est s'm rationē ē s'm hoie naturam: et quod est cōtra rationē: est contra hoie naturam: Et ideo virtus humane que facit hominē bonū: et opus eius bonū reddit: intātū est s'm hois naturā: inquātū cōuenit rationi. Sic et vitiū intantū est cōtra naturā hominis: inquātū cōtrariat rationi. Uitiū ergo bonū rationis diminuit: et naturam ipsam vulnerat: inquātum reddit ipsam debilē et infirmā ad bene operandū. Peccatū ergo vitiū nuncupat inquātū bonum rationis diminuit: et ad naturā irrationalem assimilat. De hoc nomine peccati scribitur Job.20 Ossa eius implebuntur vitiis adolescentie eius: et ad Gal.5. Qui autem sunt Christi: carnē suā crucifixerunt cum vitiis et cōcupiscentiis. Hoc vitium ad bestialē naturam deducit: et retrahit a ratione.

¶ 8. Peccatū. Et hoc inquātū dicit cōuersionē ad apparens bonū: quod nō est simpliciter bonū: vt dicit Alex. de alis vbi supra. Et hoc bene sequitur ad precedēs: nam per vitiū corrupto bono rationis: que semper s'm phm deprecatur ad optimū: homo quasi irrationalis efficitur: et consequenter ad sensibilia et corporalia: quasi irrationale animal conuertitur: s'm illud ps.48. Hō cū in honore esset. s. rationis: nō intellexit: comparatus est iumentis insipiētibus: et similis factus est illis. De isto pctō ad terrena deprimente scribitur prouer.14. Justitia eleuat gentem: miseros facit populos peccatum: bene quidē iustitia eleuat

quid

quia diuina et celestia semper deside- rat: peccatū vero miseros facit et de- primit: qꝛ ad mutabilia bona aīaꝫ cō- uertit. Unn̄ clamat deus Iere. 2. Duo mala fecit populus meus: me dereli- querunt fontē aque viue: et foderunt sibi cisternas dissipatas: que cōtinere nō valent aquas: dereliquerunt quo ad auersionē ab incōmutabili bono: et foderunt quo ad cōuersionē ad tē- porale et cōmutabile bonū.

¶ 9. Pollutio. Et hoc quantū ad cōta- gionē siue immunditiā cōtractā ex ter- rena delectatione. Sicut.n. corpus ali- quod mundū et purū: puta vestis al- ba: ex cōtactu alicuius immundi corpo- ris: puta luti: polluit̄ et fedatur: ita aīa munda inherēs p inordinatū amorē terrenis rebus et terrenis delectatio- nibus polluitur et fedatur: vt dicit. s. Tho. pᵃ 2ᵉ. q. 86. ar. i. Unn̄ clamat deꝰ Leui. xi. Ne polluatis aīas vestras in omni reptili: quod mouetur sup ter- rā. De hoc peccati nomine scribit̄ Iu- dith. 13. Sine pollutione peccati reuo- cauit me deus. Hec pollutio cōtrahit̄ precipue in delectatione peccati carna- lis: in quo polluitur visus p curiosuꝫ et libidinosum aspectū: auditus p la- sciuū sermonē: os: manus: pedes: lin- gua: fantasia.

¶ x. Crimen. Et hoc inquātū peccatuꝫ est dignū accusatione. Qui.n. in deuꝫ et in legem eius peccat: accusatione di- gnus est pro crimine perpetrato. Unn̄ scribit̄ Gen. 37. Accusauitqꝫ fratres suos crimine pessimo. De isto pecca- ti noīe scribitur Act. 25. Si quod est in viro crimen accusent eum. Pecca- tor.n. in die iudicij de oībus suis cri- minibus accusabitur: ab angelis: a de- monibus: a sanctis: a celis: a lumina- ribus: ab elemētis: et ēt a ppria con- scientia: fꝫ illud Pauli ad Ro. 2. In- ter se inuicē cogitationū accusantium aut ēt defendentiū.

¶ xi. Culpa. Et hoc inquantū respicit penā: et est dignū pena et supplicio. Si- cut.n. declarat. s. Tho. i. q. disputatis de peccato veniali. ar. x. Culpe debet̄ pena: qꝛ culpa ordinatur p penā: nam deformitas culpe reformat̄ per pul- chritudinē iustitie: et ideo qꝛ hō pec- cādo diuine iustitie ordinē ptermisit: ordo diuine iustitie reformatur: dum p culpa fm dei voluntatē iuste flagel- latur. Et ideo cōgrue peccatum voca- tur culpa: qꝛ ordinatur ad penā. Unn̄ scribitur Deutero. 25. Pro mensura peccati erit et plagarum modus. Heu quot flagella: q̄t vulnera miseri pec- catores sustinebūt: qui peccata multi- plicāt super capillorꝫ numerꝫ suorum. De hoc noīe peccati scribitur Thob. 3. Cū p culpa sua increparet puellā.

¶ 12. Reatꝰ. Et hoc inquātū ad eternā penā obligat. Sic.n. declarat. s. Tho. pᵃ 2ᵉ. q. 87. ar. 3. Cū per peccatū mor- tale corrūpatur ordinis principium il- lud: per quod voluntas hominis sub- ditur deo. s. charitas: talis inordina- tio quātū ē de se irreparabilis est: et ideo peccatū mortale q̄tū est de se in- ducit reatum eterne pene. Et vt dicit Sco. in. 4. di. 14. q. i. ar. i. q̄primū hō mortaliter peccauit: deus per volun- tatē suā ad penā obligat eternā: et ideo peccatū congrue vocatur reatus: qꝛ obligat ad penā eternā. O q̄ dura: o q̄ aspera: o q̄ terribilis sentētia: sed tñ infallibilis et vera: dicente ipsa ve- ritate Math. 25. Ibunt hi in suppli- cium eternum. De isto nomine pecca- ti scribitur Exo. 32. Percussit domi-

nus populum p̄ro reatu vituli: quem fecerat Aaron. Ex his oībus p3 q̄ō peccatū ab altitudine diuine maiestatis quā offendit descendit ad eternū cruciatū: quē incurrit. Pratica ergo per singula nomina: prout tibi videbitur expedire.

3 Tertium principale est occasio: Post predicta non incongruit: peccatoꝝ mortaliū occasiones cōsiderare: nec intendimus peccatoꝝ causas hic inuestigare: s3 occasiones tantū: vt eis cognitis: facilius ab eoꝝ laqueis euadere possimus. Continētur aūt peccatoꝝ principales occasiones in duobus subsequentibus carminibus: videlicet.

¶ Ocia: segnities: somnus: caro: femina: vinum.

¶ Prosperitas: ludus: carmina forma: puer.

¶ Prima peccati occasio est ociū. Tota.n.die hinc inde vagari: ꝛ nihil operari: spūalis ruine euidentissima occasio est. De hoc est notissima figura in populis Sodome ꝛ Gomorre: qui ob corporale ociū in peccatū abbominabile ceciderūt. Ezech.16. Ecce hec fuit iniquitas Sodome sororis tue: ociū ipsius ꝛ filioꝝ eius. Heu quot cadūt in peccata horribilia ꝑpter ociū. Unī scribitur Ecci.33. Multā.n.malicia3 docuit ociositas. Qui ergo in ocio viuit: ꝛ ex eo in peccata ruit. nec digne cōfiteri pōt: nec absolui: nec dei gratiā recip̄re: nisi ociū tale penitus derelinquat.

¶ 2. Segnities. Nimia enim corporis quies in mollibus lectis maxime ꝛ delicatis: vicijs nō minimū fomētū prestat. Exemplū habet.2. Re.xi. Ubi habetur ꝙ Dauid qui in meridie iacuerat in stratu suo: cūm surrexisset ꝛ deambulans per solariū domus regie: vidisset Bersabee se lauātem: in eius cōcupiscentiā exarsit. Sic multi: qui nedum per totā noctē: sed ꝛ vsq3 ad meridiē segniter ꝛ ignaue in suis lectis iacent resoluti: in peccatoꝝ profundū dilabuntur. Cōtra quos Paulus ad Ro.13. Nō in cubilibus ꝛ impudicitijs: sed induimini dominum Jesum christum.

¶ 3. Somnus. Qui corpus suum nimio pascit somno: maximū fomentū peccato subministrat. Sicut.n. vigilia luxuriā exterminat: sic nimius somnus eam suscitat. In huius figuram. Cū Isboseth filius Saul in meridie dormiret super stratū suū a latronibus in inguine pcussus interijt.2. Re. 4. Sic ꝑfecto somnolenti gladio carnalis delectationis a latronibus infernalibus vulnerātur ꝛ occidunt. Heu quot occiduntur. Ideo clamat Salomon Prouer.6. Usq3 quo piger dormies.

¶ 4. Caro. Qui carnē suam nimio cibo repleuerit: occasionē peccādi subministrat. Huius figuram habemus Judith.12. In Oloferne: qui cum fecisset cenā seruis suis: exarsit in carnis cōcupiscentiā erga Judith: ꝛ eam ad opera carnis inuitare fecit. Sic ꝑfecto qui cibis corpus replent: luxurie fomentum prestant. Unde dicitur Prouer.29. Qui delicate a pueritia sua nutrit seruum suum: idest corpus suum: postea sentiet eum contumacē per carnis videlicet rebellionē. Heu quot sunt tales: qui nunq̄ ieiunant: nunq̄ abstinēt: s3 diebus ac noctibus

ctibus cōuiuijs et epulis deseruiuit.

¶ 5. Femina. Feminarum familiaritas precipua et maxima est occasio delinquendi. Figura habet Num. 25. et 31. In filijs Israel: qui: propter familiaritatem quam habuerunt cum filiabus Moab: preuaricati sunt in peccato idolatrie. Unde scribitur Num. 31. Cur feminas reseruastis? Nōne iste sunt que deceperunt filios Israel: et preuaricari vos fecerunt in dominum? Heu quot pereunt: quot ruunt in peccata: propter mulierum familiaritatē: et omnino confiteri aut absolui non possunt: nisi a tali familiaritate oīo recedant. Unde scribitur Ecci. 42. In medio mulierum noli cōmorari. De vestimentis. n. procedit tinea: et a muliere iniquitas viri. Melior. n. est iniquitas viri quam mulier benefaciēs. Ubi dicit Lyra. Magis periculosum est habitare cū muliere extranea etiā bona: quam cum viro iniquo.

¶ 6. Uinum. Uinum imoderate potatum oibus vicijs et precipue luxurie euidentissimū prestat fomentum. Noe vino inebriatus nudauit femora. Gen. 9. Sic et vinum honestatem exterminat. Loth vino inebriatus filias proprias prophanauit. Gen. 19. Sic vino repleti: nec cōsanguineis: nec sacris respectum habent. Unde Paulus ad Ephe. 5. Nolite inebriari vino ī quo est luxuria.

¶ 7. Prosperitas. Fortuna secunda: in rebus: in corporis sanitate: in trāquillitate et pace: maximū prestat viciorum incētiuū. Exēplū ī Salomone: qui omnia habuit prospera prout voluit Ecce. 2. Sed ex ista prosperitate in viciorum profundum corruit: sicut patet. 3. Re. xi. Et ideo clamat Ueritas Luce. 6. Ue vobis qui habetis consolationem vestram. Ue vobis qui saturati estis: quia esurietis. Ue vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis et flebitis. Heu quot ruunt in infernū propter prosperitatem.

¶ 8. Ludus. Saltus. n. ludus: et choree in quibus membrorum muliebrium fit distensio: luxurie appetitum prouocant: vt dicit Lyra super Ecci. 9. Unde cum filia Herodiadis in choreis saltasset placuit regi et simul discumbentibus: et inde secuta est mors Jo. baptiste. Mar. 6. Ubi sm Lyram in moralibus per Herodiadē luxuria: per filiam saltatricem dissolutio libidinosa: per quas Joānis. i. hoīs gratiosi: frequēter procuratur mors spiritualis: et aliquando corporalis. Et ideo scribitur Ecci. 9. Cum saltatrice ne sis assiduus: nec audias illam: ne forte pereas in efficacia illius. Heu quot pereunt propter ludum et choreas: et si non se elongat a talibus peccati occasionibus confiteri non possunt.

¶ 9. Carmina. Cantilene enim suaues mouent cor ad sensualem amorem: prout dicit Lyra super illud Isa. 23. Erit tyro quasi canticum meretricis. Exemplum in Salomone: qui cantores et cantatrices plurimas ordinauit: et iō ruit ī peccata plurima. Ecce 2. et 3. Re. xi. Heu quot ruunt in peccatum: et quot ruere faciunt lasciua carmina: et dissolute cantilene. Ait. n. poeta.

¶ Eneruant animos cithare: cantusque lire:

¶ Et vox et numeris brachia mota suis.

¶ x. Forma. Pulchritudo corporalis per imaginem est occasio: et libidinis incitamentum. Unde filii Seth videntes filias Chaym esse pulchras et formosas luxuriosi facti sunt: et in diluvio submersi. Gen. 6. Domina Ioseph videns eius formam et pulchritudinem in eius concupiscentiam exarsit. Gen. 39. Heu heu quot propter pulchritudinem corporis illaqueant: propter quod scribitur Eccl. 9. Uirginem ne conspicias: ne forte scandalizeris in decore illius. Auerte faciem tuam a muliere compta: et ne circunspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt: et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit: et ideo homo tenetur a tali occasione cauere.

¶ xi. Puer. Pueri et iuuenes formosi maximam peccandi prestant occasionem: et ad inominabile vicium vehementer inflamant. Exemplum habetur Gen. 19. Ubi scribitur quod Uiri Sodome videntes duos iuuenes ingredientes domum Loth: exarserunt in eorum concupiscentiam de vicio contra naturam. Heu quantam ruinam facit istud inominabile vicium in toto populo christiano: et maxime in ciuitatibus: in curiis: in clero: in palatiis: de quibus Paulus ad Ro. 1. Similiter masculi relicto naturali vsu femine exarserunt in desideriis suis in inuicem: masculi in masculos turpitudinem operantes: et tradidit illos deus in reprobum sensum: vt faciant ea que non conueniunt repletos omni iniquitate: malicia: fornicatione: auaritia: nequitia: plenos inuidia: homicidiis: contentione: dolo: malignitate: susurrones detractores: deo odibiles: contumeliosos: superbos: elatos: inuentores malorum: parentibus non obedientes: insipientes: incompositos: sine affectione: absque federe: sine misericordia.

¶ xii. Bonum. Bonum enim apparens non minimam peccati occasionem prestat: quia est appetibile et voluntatis prouocatiuum. Cum bonum sit: quod omnia appetunt: vt dicitur primo Ethi. Et ratio est: quia omnes beatitudinem appetunt: que est finis humane vite. Beatitudinis autem tres sunt conditiones: secundum Philosophum primo Ethi. scilicet quod est bonum excellens et perfectum: quod est bonum per se sufficiens: et quod est bonum delectabile: propter hoc mundi honores: quia habent quandam excellentiam apparentem: et mundi diuitie: quia habent apparentem sufficientiam: et bona carnis: que habent quandam apparentem delectationem: et aliquo modo assimilantur beatitudini: ideo sunt appetibiles: et humane voluntatis prouocatiue: et ipsam in profundum pertrahunt peccatorum. Sed ipsa voluntas decipitur: quia nec sunt veri honores: nec vere diuitie: nec vere delectationes: sed sunt vanitas et mendacium. Unde clamat Propheta in ps. 4. Filii hominum: vsquequo graui corde: Ut quid diligitis vanitatem: et queritis mendatium? Uenite ergo. Amen.

¶ De culpabilitate: et multiplici mortalis peccati malignitate. Cap. x.

Uenite ascendamus ad montem domini: et docebit nos vias suas. Scribuntur hec verba Io. 8: Si non credideritis quia ego sum moriemini in peccato vestro. Et Exo. 9. Uidens autem Pharao quod cessasset pluuia et grando et tonitrua: auxit peccatum: et ingrauatum est cor eius. Quantum sit misera et infelix illa rationalis creatura dilectissimi in christo iesu: que veri-

tatis verbis nō aquiescit: et fidei christiane salutifere doctrine: ex tribus singulariter declaratur. ¶ Primo ex suo lacrimabili ingressu. Nam in hunc mundū ingreditur ut dei inimicus: et peccato originali maculatus: sicut declarat Sco. cū tota Theologorū schola in. 2. di. 30. Et ideo cum primum de ventre matris egredit̄ lacrimatur plorat. Sap. 7. Et ego natus primam vocē similem oībus emisi plorās. De hoc lacrimabili ingressu dic̄ Propheta in ps. 50. Ecce. n. in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis cōcepit me mater mea. ¶ 2. ex suo culpabili processu. Nā tales verbis veritatis increduli: de culpa in culpam: et de peccato in peccatum ruunt. Sicut et Pharao doctrine Moisi nō aquiescens auxit peccatū suū. Exo. 9. Et talib⁹ dici potest illud Act. 7. Dura ceruice et incircūcisi cordibus et auribus: vos semper spūi sancto restitistis.

¶ 3. Ex suo dānabili recessu. Qui. n. duro sunt corde ad credendū: atque ad verbū veritatis non cōuertuntur: dānabiliter de hac vita recedunt: quia scribitur Eccl. 3. Cor durū habebit male in nouissimo: et qui amat periculum: in illo peribit. Et hoc est qd veritas dixit Judeis obstinatis. Si non credideritis moriemini in peccato vestro: que sunt verba assumpta: et iterum replicata dicūt in hac forma. Si nō credideritis. etc. ¶ Carissimi mei: quia christus hodie locutus est de malo culpe et de malo pene: idest de peccato: qd est culpa: et de morte: que est pena culpe: vt eidem cōformer: intēdo et ego hodie de culpa et de pena corrñdente loqui: de qua culpa tria cōsiderāda succurrunt: videlicet Cōparatio: Multiplicatio: Operatio: et erūt presentis sermonis tria mysteria principalia.

¶ Primum Theologale.

¶ Secundū Legale:

¶ Tertium Diuinale.

Quo ad mysteriū Theologale: de cōparatione culpe et pene: tria singularia dubia pro animarum salute et virtutū profectu sunt seriose declaranda.

¶ Primū dubiū est. Utrū omne malum: quod est in rationali creatura: sit malū culpe vel pene: an sit in ea aliqd aliud malum. Rñdeo fm doctrinam Alex. de ales in. 2. parte. q. 100. membro. 6. et. 8. Tho. in. q. disputatis: de peccato. ar. 4. ponēdo tres veritates. ¶ Prima in creatura rationali: quia finita est: est aliquis defectus qui non habet rōnē mali: nec culpe nec pene: puta defectus et carētia alarum in hoīe nō hz rationē mali culpe: nec est malū culpabile: quia nō est cōtra legē diuinā siue eternā: que est diuina voluntas: quia nō obligat hominē ad habendum alas: nec cōtra legem naturalē. i. contra dictamē rōnis: quia similiter nō obligat: nec cōtra legem aliquā positiuam eadē rōne: nec est malū penale: quia homo per hoc non caret aliqua perfectione: quā sit aptus natus hēre: pena. n. est carentia alicuius boni: quod natū est haberi: sicut carentia sanitatis est homini pena: quia sanitas ab homine est nata haberi. Et ideo talis carentia alarum in homine nō est malum: quia nec culpa nec pena: sed defectus quidam. ¶ 2. In creatura rōnali et intellectuali que per intellectū apprehendit cōmunē rōnem boni: et in bonū cōmune: et mouetur per appetitum voluntatis: reperit̄ vnū malū in actu

voluntatis deficiente: siue in operatione a fine deficiēte: et istud est malū culpe et voluntariū. Nā sic constituta est rōnalis creatura a deo: vt si velit ab ipso deo volūtarie auertat. Actus aūt voluntatis siue operatio voluntatis inordinata et a fine auertens et deficiēs hēt culpe rōnem. Ex hoc .n. aliquis vituperatur et culpabilis redditur q inordinatā voluntatis actionē operatur. Istud ḡ est primum malū creature rationalis: vz malū culpe: qd est voluntariū: et cōsistit in operatione. De quo Aug. in lib. de fide ad Petrum dicit. Geminū est creature rōnalis malū vnū quo voluntarie deficit a sūmo bono. Et hoc notat veritas cū dicit Jo. 8. In peccato vestro. etc. ¶ 3. In creatura rōnali est aliud malum: non ꝑm operationē: sed ꝑm priuationē forme: vel habitus: vel cuiuscūq alterius: quod possit esse necessarius ad bene operandū: siue pertineat ad animā: puta quando priuatur habitu diuine grē: vel visione diuina: siue ad corpus: puta qn̄ priuatur sanitate vel delectatione: siue pertineat ad res exteriores: puta quando quis priuat possessionibus vel diuitijs: et tale malū ꝑ priuationē ꝑm fidei catholice doctrinā vocatur pena: quia nullū nocumentū rōnalis creatura incurrere potuisset: neq q̄tuz ad aiam: neq q̄tū ad corpus: neq q̄tū ad aliqua exteriora: nisi peccato precedēte vel in ipa persona priuata: vel saltē in natura: et sic istud malū ꝑm priuationē est malum pene ꝑcedens ex malo culpe. Et istud malū est inuoluntariū vel actuali: vel habituali: vel naturali volūtate. Nam creatura rōnalis a deo est sic cōstituta: vt si a deo voluntarie peccando auertatur: inuoluntarie pene subijciatur. Et sic in creatura rōnali est tātum duplex malum: vz malum culpe voluntariū: et notatur cū dicitur. In peccato vestro: et malum pene inuoluntarium: et notatur cum dicitur. Moriemini. Unde Aug. in lib. de fide ad Petrū. Geminum est creature rōnalis malum: vnum quo voluntarie deficit a sūmo bono: alterū quo in vita punitur.

¶ 2. Dubium est. Utrum deus possit esse causa mali culpe: siue peccati. Et videtur q sic: qz scribit Isa. 45. Ego dn̄s faciens pacem: et creans malum: ergo est causa mali. ¶ Respōdeo ꝑm doctrinā Sco. in. 2. di. 37. et s. Tho. in q. disputatis de malo. ar. 5. ponendo tres veritates. ¶ Prima. Deus in se peccare non potest: quod per hoc patere potest: qz cum necessario seipsum diligat: non potest a se auerti: nec formaliter: qz non pōt se non diligere sūme: et ordinate: et cum omnibus circūstantijs requisitis: quia dato casu: q in aliquo instāti: nō diligeret se: nūq posset amplius se diligere: vel saltem posset mutari: a non dilectione ad dilectionē: quorum vtrūq est impossibile. Nec pōt deus a se auerti virtualiter. s. diligendo supra se aliud ordinatū ad se: qz nihil aliud a se est necessariū sibi ad volendū se: quodcūq n. aliud a se est: qz ab eo volitū: et hoc modo volitum: et ꝓ nunc: et ꝓ tunc: et ex hoc est sic ordinate volendum: et sic deus nō potest esse causa mali culpe: siue peccati in seipso. Hec ex Sco. vbi supra. ¶ 2. Deus non potest esse causa mali culpe: siue peccati in hoīe: siue in creatura rationali creata: qz si deus esset prima causa nō agens rectitudinem

tudinem in actu voluntatis tunc talis actus non rectus non esset peccatum: qz non esset ibi carentia iustitie debite. Non.n.est iustitia debita a voluntate creata:nisi psupposita actione cause prioris agentis. Si.n.causa prima deficiat & non agat: causa secunda nullius est debitrix: cum sine prima agere nõ possit: & ideo prima deficiẽte & non causante rectitudinem in actu:secunda causa nõ peccaret. Et sic deus non potest esse causa peccati in voluntate creata:vt dicit Sco.S.vo Tho. vbi supra sic dicit. Deus aũt non est auctor mali culpe siue peccati: in creatura:& ratio hinc sumitur:nã malum culpe qđ est in voluntate siue in actu voluntatis opponit directe actui charitatis:q̃ est prima & principalis perfectio voluntatis:charitas aũt ordinat actũ voluntatis in deũ:fm quod bonũ diuinũ est in seipso.s.deo:quod ad amorẽ pertinet amicitie. Hoc aũt esse non põt a deo:quod bonum diuinum fm q in seipo est:quis nõ velit: cũ ecõtrario: deus oẽm voluntatem inclinet ad volendum quod ipse vult. Uult aũt sũmũ bonũ fm q in seipso est:vnde malũ culpe non potest esse a deo. Et ideo scribit.i.Petri.2. Christus passus est pro nobis:vobis relinquens exemplum:vt sequamini vestigia eius:qui peccz nõ fecit:nec inuẽtus est dolus in ore ei⁹. ¶ 3. Deus põt eẽ cã pene & mali penalis.cuius ratio est fm Tho.vbi.s. qz Deus põt velle q ipsuz bonũ diuinũ: vel aliud qđcũqz bonũ subtrahat alicui:qui ad hoc opportunitatẽ & idoneitatẽ nõ hz:qz hoc exigit bonũ ordinis & iustitie:vt nullus habeat illud:q̃ dign⁹ nõ est: & ipa subtractio boni icreati vel cuiuscũqz alterius boni ab eo qui indignus est rõnẽ pene hz:& sic deus põt eẽ auctor pene:sz nõ culpe. Et cũ dicit Isa.45. Ego dñs faciens pacẽ & creãs malũ: Rñdet.s.Tho.in.q.disputatis.q.de malo ar.1.in rñ.ad primuz arg.dicẽs; Q facere est cũ alio cooperãte agere: creare est aliquid facere nullo alio psupposito coagente: dicit ergo deus pacem facere:qz cũ pacem in aliquo facit:appetitus recipientis ipsam pacem cooperatur ei.Dicitur aũt creare malum.s.penale.prout sunt infirmitas:dolor:tristitia:qz cum facit talia appetitus peccantis non cooperat ei: sed repugnat: & ideo solus creat vel facit malũ:& intelligitur de malo pene:non de malo culpe. Et istud malũ pene est malum fm quid idest huic patiẽti licet sit bonum simpliciter:qz fm ordinem iustitie culpam per penam regulãtis. Sco.vero in.2.di.36. in fine sic distinguit. Pena vno modo dici potest aliquod ens positiuum: & tamen discõueniens tali nature: sicut calor excellens est aliquod positiuũ discõueniens carni: & isto mõ pena qz est aliquid positiuũ potest eẽ a deo effectiue. Et sic intelligitur illud Aug.i.retrac.c.25. In bonis operib⁹ dei:bona opera sunt ista punitiua:lz sint mala illis punitis: qz discõueniunt eis. Alio mõ aliqua pena põt dici.sol a priuatio vel carẽtia boni cõueniẽtis nature intellectuali:sicut est carẽtia rectitudinis in actu carẽtia grẽ carẽtia visionis vel fruitionis diuine: & talis pena nõ ẽ a deo effectiue:qz cũ sit priua⁹ nõ ẽ effectibil:sz ẽ a dõ nõ isingẽte:nec efficiẽte:nec deficiẽte p:sz solũmõ deserẽte.i. re inquẽte naturã:q̃ deficit i suo defectu:& i oĩb⁹ defectib⁹

cōsequētibus ad illū defectū: vbi includunt multe carētie perfectionū cōuenictiū tali nature: et sic pena que ē pctm̄ vel culpa non est a deo efficiente vel deficiēte primo: sed tm̄ est a deo deserente volūtatē rōne primi demeriti: quia deserta a deo cadit in secundum demeritū. Hec Sco.

¶ 3. dubium est. Utrū culpa siue pctm̄ plus habeat de ratione mali q̄ pena: vel ecōuerso: cū enim pena sit finis culpe: videt ee peior q̄ culpa. ¶ Rñdeo fm. s. Tho. in q. disputatis de malo ar. 5. q culpa peior est: et plus simpliciter habet de rōne mali: q̄ pena: quattuor rōnib'. ¶ P° qz omne qd̄ facit subiectū suū tale vel magis tale ē magis tale: q̄ illud qd̄ subiectū tale facere nō pōt vel minus facere pōt: sicut albedo vt decē: que facit subiectū magis albū: est intensior in ratione albedinis: q̄ albedo vt quattuor: que non facit subiectū ita albū: vel q̄ nigredo que nō pōt facere albū. Sed malū culpe. s. pctm̄ facit illū cui inest malū: sicut cui inest pctm̄ auaritie dicit auarus. Malū aūt pene non facit hoīem malū cui inest. Unde dicit Diony. 4. c. de diui. noib' q puniri nō est malū: sed fieri pena dignum: vñ cōsequēter malū culpe plus hz de rōne mali: q̄ malum pene.

¶ 2. quia sicut in bonis melior ē actus q̄ potētia: puta intelligere q̄ posse intelligere. Ita in malis deterior ē act' q̄ potētia vt blasfemarē q̄ posse blasfemare. Sed malū culpe consistit in operari: malum vero pene consistit pati: ergo illud magis habet rōnem mali q̄ istud. Sicut. n. peior ē claudicatio siue cecitas in actu: q̄ illa passio que ad claudicationē vl' cecitatē inducit. Sicut etiā operatio: que ē in actu: melior est q̄ motus ad talē actionem. Ita per oppositū: malū culpe: qd̄ est in operatione actuali: plus habet de ratione mali: q̄ malū passionis: qui enim habet operationē malā in actu: iam ostendit esse malus: qui aūt patitur aliquid mali: per hoc nō ostenditur esse malus: sed eē quasi in via ad malū: vnde culpa plus hz de ratione mali q̄ pena. ¶ 3. Quia cū deus sit ipsa essentia bonitatis: quāto aliquid magis est alienū a deo: tanto magis habet rationē mali. Magis aūt alienū est a deo culpa q̄ pena: nam deus est actor pene: nō autē actor culpe: vt probatū ē: ergo culpa ē magis malū q̄ pena. ¶ 4. Quia illud malum: qd̄ sapiēs artifex īducit ad vitādū aliud malum: minus habet de ratione mali: q̄ illud malū ad quod vitandū inducitur: sicut si medicus sapiēs preci dat manū ne pereat corpus: manifestū est q minus malum est precisio manus: q̄ destructio corporis. Sed dei sapientia penā inducit ad hoc q vitet culpa: vel ab eo qui punitur: vel saltem ab aliis fm illud Job. 19. Fugite ergo a facie gladii: qm̄ vltor iniquitatū gladius est: ergo maius malum est culpa ad cui' euitationē inducitur pena: q̄ ipsa pena. Heu quot flagella: quot pressure inducte sunt ad euitandam culpam. Et ex hoc colligi potest quāta sit hominum dementia: qui ad euitandā corporalē et spiritualem penā: toto mentis et corporis conatu laborant: sed de euitatione culpe minus' curant q̄ de tertio pede quem non habent. O miseriam magnā. O dementiā ineffabilem.

¶ Ex his dubiis declaratis aliquas cōclusiones

cõclusiones elicio: ꝼm doctrinã. S. Tho. in q. disputatis de malo. ar. 5. ꝛ aduerte diligenter.

¶ Prima Culpa maius malū est ꝙ̄ fomes in natura corrupta: q2 fomes est principiū culparū in potentia: culpa vero est malū in actu: malū autem in actu peius est ꝙ̄ malū in potẽtia: vt dicit phs in. 9. meth. ergo culpa est maius malū ꝙ̄ pena. Hec ex Tho.

¶ 2. Culpa maius malū est ꝙ̄ separari a visione diuina per damnationem. Cuius ratio est ꝼm Tho. vbi supra. Quia culpa separat a deo separatione que opponitur vnioni charitatis: ꝼm ꝙ quis vult bonū ipsius dei: secūdū ꝙ in se est: pena separat a deo separatione que opponit̃ fruitioni: qua homo fruitur bono diuino. Et sic separatio culpe est peior: quia separat a deo: vt est bonū in se: ꝙ̄ separatio pene: q2 separat a deo: vt est bonum ipsi fruenti. Dignius. n. est bonū diuinū vt in se: ꝙ̄ ad aliud comparatum: ꝛ ideo peius est qđ separat a bono diuino vt in se: ꝙ̄ qđ separat ab illo: vt est ad aliud comparatū: ꝛ sic peius culpa: ꝙ̄ pena.

¶ 3. Culpa siue peccatū maius malum est ꝙ̄ pena inferni: licet culpa sit temporalis ꝛ remissibilis in hac vita: pena vero inferni eterna ꝛ irremissibilis: cū in inferno nulla sit redemptio. Cuius ratio est ꝼm Tho. vbi. s. quia licet culpa sit temporalis ꝛ momẽtanea quo ad actū: tamẽ nisi per penitẽtiam deleat̃ est coeterna quãtum ad reatum ꝛ maculã: ꝛ eternitas culpe ẽ causa eternitatis pene: ꝛ pena eorum qui sunt in inferno ideo est irremissibilis: quia culpa eoꝝ est inexpiabilis: ꝛ ideo per eternitatẽ culpe cõtinuat̃ eternitas pene. Unđ sicut pmiū est melius ꝙ̄ meritū: ita culpa est peior ꝙ̄ pena. Nã sicut premiū est finis intẽtus a merito: ita culpa est finis intẽtus a pena: puniens. n. per penam intendit remouere culpã ꝛ precauere.

¶ 4. Culpa licet sit ĩ paucioribꝰ ꝙ̄ pena: q2 multi habuerũt penã sine propria culpa: vt Christus Jesus ꝛ virgo Maria: nõ tñ ẽ minus malū ꝙ̄ pena: inimo maius: sicut pctã mortalia sunt in paucioribus: ꝙ̄ peccata venialia: que sunt in pluribus: ꝛ tñ peccata mortalia sunt maius malum: ꝙ̄ venialia.

¶ 5. Culpa peior est ꝙ̄ pena ꝼm iudicium bonoꝝ: quia boni magis fugiũt periculū culpe: ꝙ̄ pene: ꝛ culpã: ꝙ̄ penam: sed ꝼm iudiciū malorū est econuerso: q2 mali magis fugiunt penam: ꝙ̄ culpã. Non est autẽ iudicãdū ꝼm existimationẽ malorū: sed bonorū: Sicut nõ est iudicandū de saporibus ꝼm extimationẽ egri: sed ꝼm extimationem sani: ꝛ ideo: culpa deterior est ꝙ̄ pena. Et ideo: veh illi: qui malorū imitatur iudiciū: ponens tenebras lucem: ꝛ lucem tenebras.

¶ 6. Boni ꝛ vitiosi culpam fugiunt propter se: ꝛ non propter penam: sed mali fugiunt culpam propter penam: pp penam dico vitandam. Heu quot sunt tales. Unde poeta.

Oderũt peccarẽ mali: formidine pene
Oderũt peccarẽ boni: virtutis amore:

Cum ergo culpa ꝛ peccatum sit maius malum ꝙ̄ pena: quelibet siue tẽporalis siue spiritualis: maiori cautella est declinanda: ꝙ̄ quodlibet dãnum temporale: magis ꝙ̄ corporalis infirmitas: magis ꝙ̄ exiliū: ꝙ̄ cruciatus vel martyrium: magis ꝙ̄ mors. Ecce

ergo mysterium theologale: et culpe ac pene comparationem: et caue ergo eam diligenter: ne in peccato vestro moriamini.

Quo ad secundum mysterium legale. De culpe multiplicatione est notandum quod secundum dicta ciuilium legum multiplex est culpa: et multipliciter refrenanda.

¶ Pº Culpa et opus tenebrarum est imperitia. l. siquis fundum. ff. locati. et ibi Bar. ¶ In hac culpa et peccato sunt omnes infideles: qui infidelitatis vitio excecati: ignari et imperiti sunt eorum que ad salutem propriam pertinent: vnde. s. Tho. 2ª. 2e. q. 10. ar. 3. Cum omne peccatum formaliter consistat in auersione a deo: tanto aliquod peccatum est grauius: quanto magis per ipsum homo a deo elongatur: sed per infidelitatem maxime a deo elongatur: quia nec veram dei cognitionem habet: per falsam autem cognitionem ipsius: non appropinquat ei: sed magis ab eo elongatur: vnde manifestum est quod peccatum infidelitatis: excepta desperatione: que opponitur spei: et odio dei: quod opponitur charitati: est maius omnibus peccatis: que contingunt in peruersitate morum. Unde ad Hebre. xi. Sine fide impossibile est placere deo. Et sicut dicit Alex. de ales in. 2. parte: q. 172. membro. 3. Ignorantia eorum: que quis adultus scire tenetur: semper est peccatum. Et ideo aduerte quod qui aliquod habet officium: tenetur ea scire: que ad illud officium pertinent: alias non excusatur a peccato: si per ignorantiam et imperitiam deum offendat: aut animam propriam: aut damnificet et scandalizet proximum suum. Unde si turba filiorum israel per ignorantiam et imperitiam quippiam fecisset contra domini mandatum: tenebatur pro illo peccato vitulum offerre. Leui. 4. Sic perfecto omnes infideles: si ignorauerint ea que ad suam salutem pertinent: si deum non cognouerint: si eius mandata ignorauerint: a deo ignorabuntur: quia scribitur. 1. Cor. 14. Siquis autem ignorat ignorabitur. Heu quot sunt huiusmodi: non solum infideles: sed et baptizati multi: qui obturant aures suas ne audiant legem: et nolunt audire veritatem: nec necessaria ad salutem. De quibus prouer. 15. Cor sapientis querit doctrinam: et os stultorum pascitur imperitia.

¶ 2. Culpa est docere vel adiscere prohibita. l. culpa. C. de maleficiis et mathematicis. Sunt quidam erronee scientie siue doctrine a diuinis scripturis prohibite et condemnate: cuiusmodi sunt doctrine magice et superstitiose: et diabolice diuinationis. Quidam enim docent vel adiscunt diuinare per demones: quidam per astra: quidam per somnia: quidam per auguria: quidam per sortes. Quidam docent vel adiscunt artem notoriam ad inueniendam scientiam: quidam ad immutanda humana corpora vel infirmitatem: quidam ad cognoscenda fortunia ventura: que omnia illicita et prohibita sunt. Et qui docet: et qui adiscit: et qui consentit: mortaliter peccat: secundum Tho. 2ª. 2e. q. 95. et. 96. Unde scribitur Deutero. 18. Cum ingressus fueris terram: quam dominus deus dabit tibi: caue ne imitari velis abhominationes illarum gentium: nec inueniatur in te qui lustret filium suum aut filiam ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur: aut obseruet somnia aut auguria: nec sit maleficus aut incantator: neque phitones consulat aut diui

nos:⁊ querat a mortuis veritatem:
omnia.n.hec abbominatur deus.
¶3.Culpa est negligētia.l.quicq̄d.C.
arbitriū tutelle. Aia rationalis debet
esse diligēs in malis declinādis quo
ad precepta negatiua:⁊ in bonis ope
rādis quo ad p̄cepta affirmatiua.Et
dz esse diligens:vt bona bene faciat
cū debitis circūstantijs:⁊ diuina pre
cepta adimpleat cū charitate:s̄m illd̄
i.Cor.vlt.Uigilate:state ī fide:virili
ter agite:⁊ cōfortamini.Oia.n.vestra
in charitate fiant.Si aūt cura predi-
cta negligens fuerit:illa negligentia ē
culpa:⁊ culpa mortalis:vt dicit Alex
de alis in.2.parte.q.131.membro.2.
quia scribit̄ Iere.48.Maledictus
qui facit opus dei negligenter. Heu
quot sunt ista negligentia colligati:in
malis declinandis:in bonis operan-
dis:ī circūstātijs aduertēdis. Quot
sunt negligentes:in predicando:in do
cendo filios ⁊ filias:in corrigēdo sub
ditos:in fugiendo peccatoꝝ occasio-
nes: in declinando a tentationibus:
qui sepius culpabiliter ⁊ mortaliter
peccāt:quia scribit̄ Prouer.19.Qui
negligit vitam suā mortificabitur.
¶4.Culpa est cōtractus cautellosos
facere.l.fi.C.Mandati. Contractus
cautellosos faciūt mercatores auari:
qui in contrahēdo partē socij aggra-
uant:⁊ suam alleuiant:socium ponūt
in periculo:⁊ seipsos in tuto vt semꝑ
vel vt in pluribꝰ:⁊ sunt vsurarij ma-
ledicti: vt dicit Sco.in.4.di.15.q.2.
Cōtractꝰ cautellosos facit:qui ī emē
do vel vendēdo aut cōmutādo frau
dē cōmittit ī sba:vel q̄ntitate vl' q̄lita
te:aut saltē in vbis:⁊ nō solū morta
liter peccat:sed ad restitutionē obli-
gatur s̄m Sco.vbi.s̄.Cōtractus cau
tellosos faciūt astuti ⁊ maliciosi:qui
nitunt̄ suis fallacijs p̄rimū suū per-
trahere ad malū finē:vt puta ad lu-
dum:ad luxuriā:ad mortē:ad pro-
ditionē:vel si ad bonū finem pertra-
here nitunt̄:hoc attentant per illici-
tam viā:vt sunt periuria:sacramēta
falsa:mēdacia:luxuria ⁊ alia peccata
mortalia:⁊ isti dānabiliter sūt culpa
biles:⁊ peccāt:s̄z Tho.2ª 2ᵉ.q.55.ar.
3.⁊.4.Prouer.xj.Simulator ore de
cipit amicū suū.Heu quot sunt tales
astuti cautellosi:⁊ simulatores q̄ deū
ad iracūdiam prouocāt Iob.36.Si
mulatores ⁊ callidi prouocant iram
dei. Morietur in tempestate anima
eoꝝ ⁊ vita eorū inter effeminatos.
¶5.Culpa est retinere pecuniā credito
ribus soluēdā.l.debitor.ff.de nego.
gestis.⁊ ibi Glo.Quicunq; ex reten-
tione pecunie alicuius ipsuz damnifi
cat:ad restitutionem oīo de damno
dato tenet̄:vt dicit Sco.in.4.di.15.q.
2.Quicūq; diuitias a deo creditore
acceptas:pauperibus Christi non di-
stribuit tēpore debito:reus sangui-
nis est ⁊ culpabilis:q2 pecuniā credi
tori reddendā abscondit. Quicunq;
mercedē ⁊ sudorē mercenarij reti-
net:reus sanguinis est cum diuitie di
cantur secundus sanguis. Unde scri
bitur Ecci.34.Qui effundit sangui
nem ⁊ qui fraudez facit mercenario
fratres sunt.Heu heu quot sunt:qui
sudorem pauperuz deuorant:nunq̄
soluunt. Et ideo moriuntur in pec-
catis suis.
¶6.Culpa est vitiare ad aliū vsum q̄
destinatū.l.vtiq;.§.culpā.ff.de rei vē.
Exēplū. Quis mutuat Petro equū
ad eq̄tādū: si facit ipsuz trahere car-
rucā:culpā cōmittit: quia equo vtit̄

ad aliud q̄ ad sibi p̄fixū vsū. Sic qui visu vtit̄ ad p̄cādū ꝛ p̄uocādū culpā cōmittit: q2 nō est a deo ad hoc officium destinatus: qui auditu vtitur ad audiendas detractiones: qui gustu ad ebrietatē: qui lingua ad maledictionē: qui tactu ad luxuriā: qui pedibus ad choreas: qui manibus ad latrocinia: culpam cōmittunt: q2 non sunt a deo ad hec destinati. Heu quot sunt: qui docuerunt linguā suā loqui mendaciū: quoꝝ manus sanguine plene sunt: quoꝝ pedes ad malū currūt: ꝛ festinant vt effundant sanguinem: quoꝝ os maledictione ꝛ amaritudine plenū: venenū aspidum sub labijs eoꝝ. Et ideo in peccatis suis moriuntur.

¶ 7. Culpa est habere inimicitiam. L. Si merces. ff. locati. Discordia que opponitur cōcordie: ꝛ ex consequenti charitati ex qua cōcordia generatur: ex suo genere ē peccatū mortale ꝛ culpa mortalis: ꝫ Tho. 2ª 2ᵉ. q. 37. ar. 1. Et in hac culpa infectū est totum vniuersū. Et sunt carnales dicēte Paulo. 1. Cor. 3. Cum sit inter vos zelus ꝛ cōtentio: nōne carnales estis ꝛ ꝫ hominē ambulatis? Heu quot sunt habentes inimicitias: in ciuitatibus: in castris: in villis: in currijs: i pallacijs: in domibus priuatis: qui omnes culpā cōmittunt: ꝛ sepissime mortalem. Inimicitiā habet ille qui conscientie stimulanti recalcitrat: qui diuinis verbis operibus prauis resistit: qui spūi sancto recta inspiranti cū cordis duricia se opponit. Quib⁹ dici potest illud Act. 7. Dura ceruice ꝛ incircūcisi cordibus ꝛ auribus: vos semp spūi sancto restitistis. Et ideo sic hoc mane clamat Christus. In peccato suo morientur.

¶ 8. Culpa est deteriorare rem alienā. L. Creditor. C. de pigneraticia actione. Qui rem alienam deteriorat: in casu aliquo ad restitutionem obligatur. Mystice. Res aliena est aīa rationalis a deo nobis accōmodata: ꝛ est illud vnicū talentum seruo accōmodatū: vt scribitur Math. 25. Sꝫ multi hāc deteriorāt: q2 submergūt in luto luxurie: subleuāt in spūm superbie: p̄ijciunt in ignem iracundie: intingunt in felle inuidie: deprimunt in somno accidie ꝛ negligentie: opprimunt in voragine gule: sepeliūt in puluere auaritie. Sicut ille qui vnum talentū acceperat abiens fodit in terrā: ꝛ abscondit peccuniam domini sui. Math. 25. Et ideo sicut ille seruus inutilis in tenebras exteriores proiectus est Math. 25. ita tales si nō crediderint: in peccato suo morient̄.

¶ 9. Culpa est committere rem ꝛ multo magis animam in manu dolosi. L. 2. ff. Si mēsor falsum dixerit. Dolus vt dic̄. s. Tho. 2ª 2ᵉ. q. 55. ar. 4. importat executionem actualem eorū: que astutia inique cogitauit. Et dolosi sunt illi qui ad malum vel bonū finem peruersa ꝛ iniqua media prosequuntur. Ille committit rem in manu dolosi: qui peccuniam accōmodat vsurario vel iudeo. Ille cōmittit rem in manu dolosi: qui causam cōmittit iniquo iudici: iniquo aduocato: ꝛ iniquo p̄curatori. Ille ꝯmittit rē in manu dolosi: qui corpus suū cōmittit in manu concubinarij: vel adulteri: aut concubine vel adultere. Ille cōmittit aīam suā in manu dolosi: qui animā suā ponit i arbitrio mali cōfessoris: Ille ꝯmittit aīaꝫ i māu dolosi: q̄ lupū

gregem

gregem dispergētē erigit in pastorez. Heu quot sunt qui τ corpus τ animā ponūt in manu diaboli: qui trabit eos ad interitū sempiternum. Et ideo clamat Christus iesus. Si non credideritis: in pctō vrō moriemini.

Uo ad tertiū mysteriū: quod q est diuinale. C Cōsiderāda est peccati mortalis operatio. Sicut.n. declarāt Sco. τ ois theologoꝝ schola in.2.di.19. cū mgr̄o sentētiaꝝ: τ Tho.in.q. disputatis de pena originalis peccati. arti.4. Omnes vite pñtis pene sunt nobis inflicte: vl' pp pctm̄ origi. vl' pp aliqd pctm̄ actuale. Culpa.n. respicit penā: τ pena ordinat culpā: tegēs ei⁹ deformitatē cū decore iustitie. Hec duo tāgit Christus cū dicit. In pctō vrō moriemini. Et sicut multe sūt culpe: ita τ multe secute sūt pene. De quibus aliqua referamus.

C Prima pena ex peccato causata est corporis deformitas. Propter pctm̄ pulchritudo humani corporis deformata est. O q̄ pulchra corpora habuissent hoies: si pctm̄ nō fuisset: vnde τ ante peccatū cuz nudi essent non erubescebāt: sed post peccatū: quesiuer unt operimenta Gen.3. Sicut.n. peccatū spiritualiter animā denigrat: ſm illud Tre.4. Denigrata ē super carbones facies eorūz: sic per peccatum deformatū est hominis corpus. O q̄ pulchra essent humana corpora si peccatū non fuisset: modo vero turpissima. Heu quot mō deformitates sunt in capillis: in oculis: in auribus: in naso: in ore: in dētibus: in collo: in pectore: in manib⁹: in pedibus: in coloribus: aliqui sunt surdi: aliqui ceci: aliq̄ claudi: aliq gibi: aliq̄ nigri. Sic pratica i seq̄ntib⁹. In pctō vrō mo

C 2. Corporis imbecillitas. Si pctm̄ non fuisset habuissent hoies corpora fortia: sed mō hñt corpora debilia τ imbecilla. Heu quot debilitates in humano corpore: aliqui sunt debiles in renibus: aliqui in genibus: aliqui in humeris: aliqui in manibus: aliqui in collo: aliqui in capite: aliqui in oculis: aliqui in auribus: aliqui in stomacho: aliqui in pedibus. Ecci.30. Melior est pauper τ sanus τ fortis viribus: q̄ diues imbecillis. In pctō vestro moriemini.

C 3. Miseria famis. Si peccatū non fuisset: hō nullā famē cruciantē passus fuisset: sed cibū necessariū semꝑ a deo preparatū fuisset: sed pp pctm̄ vniuersi fame cruciant̄: τ plurimi fame moriunt̄: immo innumeri fame moriuntur: τ maxime tempore caristie. Unde scribit̄ Gen.41. Consumptura est enim fames oēm terram. O miseriā magnā. dic. In peccato vestro moriemini.

C 4. Miseria sitis. Si pctm̄ nō fuisset pocula necessaria hoi non defuissent: nec sitis ardore cruciatus fuisset: sed modo quantum cruciatur humana natura pre siti: quis dicere preualet? Ob hāc murmurauit populus cōtra Moisem. Exo.17. Ob hoc clamauit Sampson Iudic.15. En siti morior. In peccato vestro moriemini.

C 5. Miseria frigoris. Si pctm̄ ñ fuisset: nullo indiguissemus vestimēto in illo aere tēperatissimo terrestris paradisi: sed pp peccatū frigori subiecti sumus: nec frigus expellere possum⁹ cuz tanto igne: cum tot vestimentis: cum plumis: sed velimus: nolimus: a frigore cruciamur: a frigore interfici mur. Uñ propheta in ps.147. Ante

faciē frigoris quis sustinebit?
¶ 6. Miseria caloris. Si peccatū non fuisset: nullus calor: nec ab igne: nec a sole hoiem cruciasset: sed ob peccatū: quot cruciant: quot a solis calore de-migrant: quot & Christi martyres: & alij tam fideles q̄ infideles cremati sunt: & cremant ab igne? O miseriā magnā. Uñ clamabat Jacob Gen. 31. Estu vrebar & gelu. In pctō vrō mo.
¶ 7. Corporis infirmitas. Si peccatū nō fuisset: semper sana habuissemus corpora: sed pp pctm̄ subiectū ē corpus nostrū tot infirmitatibus q̄ nu-merari nō possunt: declara vt placue-rit. Uñ pphēta in ps. 37. Nō est sani-tas in carne mea a facie ire tue. Nō ē pax ossibus meis a facie peccatorum meo℞. Ideo clamat Christus. In pec-cato vestro moriemini.
¶ 8. Uite breuitas. Si pctm̄ n̄ fuisset longissimā habuissemus vitā: sed pp peccatū abbreuiata fuit. O miseriam magnā. Nō ad plus viuit per tēpus centū & viginti annorū. Aliqui moriū-tur ante annū. 50. immo. 20. immo. x. Heu quot in pueritia: quot in infan-tia: quot in ventre matris: Job. 14. Nō natus de muliere breui viuēs tē-pore: replet multis miserijs. Et Ja-cobi. 4. Que est. n. vita vestra? vapor est ad modicū parēs. Ideo clamat veritas. In pctō vestro moriemini.
¶ 9. Mortalitas. Si pctm̄ nō fuisset mors in mundū nō venisset. Ad Ro. 5. Per vnū hominē peccatū in hunc mūdū intrauit: & per peccatū mors: sed post peccatū. O miseriā magnā: terribile iudiciū: omnes ad mortem: vnde clamauit mulier illa. 2. R. 14. Omnes morimur: & quasi aque dila-bimur sup terrā: que nō reuertunt. Gen. 2. In quacūq; die comederitis ex eo morte moriemini.
¶ 10. Corruptibilitas. Si peccatū non fuisset: humanū corpus nunq̄ resolu-tum aut incineratū fuisset: quia ante mortē in paradisum celestē transla-tum fuisset: vt dicit Scotus: sed post peccatū tota humani corporis resol-uitur armonia: corruūt capilli: corrū-punt dentes: cutis: ossa: nerui. O ter-ribile flagellū: o diabolicum semen. Post peccatū clamauit deus homini peccatori dicens Gen. 3. Puluis es & in puluerē reuerteris. O miserrime peccator: qui quotidie cumulas pec-catū super peccatū. Memento quia puluis es &c. O mortales attēdite vo-bis: ne in peccato vestro moriamini. Quod a vobis auertat Christus Je-sus filius dei benedictus. Uenite er-go ascēdamus ad montē dñi: & doce-bit nos vias suas.

¶ De peccati mortalis tremēda & hor-ribili grauitate. Cap. ii.

Uenite ascēdamus ad mon-tem dñi: & docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec verba Exo. 32. Peccauit populus iste pctm̄ maximū: feceruntq; sibi deos aureos. Et Exo. 9. Uidēs aūt Pha-rao: q̄ cessasset grādo: auxit peccatū. Quā grauiter delinquat & peccet hu-mana natura in hac miserie valle con-stituta declarat propheta: dicēs in ps 13. Omnes declinauerūt: simul inuti-les facti sunt. Corrupti sunt: & abho-minabiles facti sunt in studijs suis: nō est qui faciat bonū: nō est vsq; ad vnū. Nā. n. rōnalis p superiorē rōnis portionē cum diuine grē adiutorio in celestia subleuata: ordinato pgressu ad mala indesinēter declinat. ¶ Pri-mo

mo nanq3 a celestium amore cadit: et se inclinat in peccatū cogitationis: et tunc pctm̄ est in foribus.i.in ingressu rōnalis aīe:iuxta illud Gen.4.Si male egeris:statim in foribus peccatum tuū aderit. Hoc modo peccauerunt illi scribe: quib' dixit veritas Mat. 9.Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? ¶2.cadit et declinat in peccatū locutionis et oris: et tūc peccatū ē in platea: qz iam publicū et apertum. Et de hoc peccato dicit pphēta in eodem ps.13.Linguis suis dolose agebāt:venenū aspidū sub labijs eorū:quorū os maledictione et amaritudine plenū3 ē. ¶3.cadit et declinat in peccatū operationis: et tūc pctm̄ est in foro et ī platea publica: qz oībus notū et manifestū per operis euidētiā. Unde de talibus scribit̄ Isa.3. Peccatū suū sicut Sodoma predicauerūt: nec absconderūt. Ue aīe eorū: qm̄ reddita sunt eis mala. Et sic misera' aīa: paulatim ruēdo et declinādo: cadit in peccatū idolatrie et infidelitatis maximū prout dicūt assumpta verba: que iterum replicata dicunt in hac forma. Peccauit populus iste et cē. Sup his verbis de peccati mortalis grauitate tria principalia mysteria proponunt̄.

¶Primum Dubitatio.

¶Secundum Declaratio.

¶Tertium Conclusio.

D Ubitatio in p̄ mysterio considerāda: talis est. ¶Cū omnia peccata mortalia a deo animā separēt: querit̄. Utrū oīa pctā mortalia sint equalia: vl' vnū sit alio mai'? Et videt̄ qꝫ sint equalia: triplici ratione. ¶Primo qz dr̄ Jac.2. Quicūq3 totā legē seruauerit: offendat autem in vno: factus est oīum reus: ergo vr̄ qꝫ ita obligetur quis ad penā et ita puniat̄ pro vno pctō: sicut p oībus. Et Eccs.9. Qui in vno peccauerit: multa bona pdet: ergo ita priuat̄ qs eternis bonis pro vno pctō: sicut p omnibus: ergo oīa pctā sunt equalia. ¶2. qz in corpore humano vna mors nō est maior alia: qz oīs mortuus equaliter mortuus est: ergo in aīa rōnali vna mors nō est maior alia: sed peccatū est mors aīe: ergo vnū peccatu3 nō est maius alio. ¶Preterea.3.pena correspōdet pportionabiliter culpe: sed oīu3 pctōꝝ erit vna et equalis pena in inferno: qz scribit̄ Isa.24. Cōgregabunt̄ in cōgregatione vnius fascis in lacū: et claudent̄ ibi in carcere: ergo et oīum pctōꝝ erit eadē grauitas. ¶Pro huius questionis solutione: tria puncta enucleabunt̄ s̄m doctrinam dn̄i Alexā. de alis in.2. parte.q.127.membro.4.et.s.Tho.in q.disputatis: d̄ peccatis.ar.9. ¶Primū est opinio stoica. ¶2.est Distinctio theologica. ¶3.est Determinatio catholica.

¶Primū ē opinio stoica. ¶Sicut.n. recitat.s.Thomas: Opinio stoicorū fuit: oīa pctā esse paria. Ex quo deriuata est quorūdā modernoꝝ hereticoꝝ opinio: dicētiū: nullā inequalitatē esse: nec inter pctā: nec īter meritat et similiter nec inter premia: nec inter supplicia. Fuerūt aūt stoici moti ad hoc ponēdū: qz cōsiderabāt: qꝫ aliquid rōnē peccati h3 solūmodo ex h̄: qz ē preter rectitudinē rōnis: sicut p3 qꝫ adulteriū ē pctm̄: nō qz cōmisceri mulieri sit s̄m se malu3: sed qz preter rectitudinē rōnis sit. Idem aūt est: et si dicat̄: p̄ter legē diuinā: q̄tū ad ppositū ptinet: vtrūq3.n. priuationē quādam importat. Priuatio autem non videtur suscipere maius et minus,

Unde si aliquid sit malū ꝑ priuationem alicuius nō videt̄ differre: qualitercūq; se habeat: dūmodo priuet̄: sicut si iudex alicui certū limitem statuat: si illū preterierit: nō refert: vtrū multū vel parū. Et similiter dicebāt: ꝙ nō refert: dūmodo aliquis peccando rectitudinē rōnis pretereat: qualitercūq; vel ex quacūq; cā hoc faciat: ac si peccare: nihil esset aliud: ꝗ̄ quasdam positas lineas transire. Hec est opinio stoicoꝝ: quā prosequit̄ Tullius in paradoxis: vt recitat. S. Tho. p^a 2^e. q. 73. Et isti cōsiderabāt pctm̄ ex parte priuationis tm̄: prout est recessus a ratione: vn̄ simpliciter existimantes ꝙ nulla priuatio susciperet magis ꝛ minus: posuerunt oīa peccata esse paria.

¶ 2. Est distinctio theologica. Et consistit in tribus veritatibus: ꝛ habentur a. s. Tho. in. q. disputatis de peccatis: ar. 9. ¶ Prima: quedā est priuatio: sicut tenebra: que nihil lucis relinquit: ꝛ mors: que non relinquit aliquid vite: ꝛ ista priuatio est quasi incorruptum esse: ꝛ quia in tali priuatione totū priuatur: ꝛ quod positiue dr̄: nō est de ratione priuationis: sicut aer nō est de ratione tenebre: nec cadauer de ratione mortis. Ideo in talibus priuationib⁹ nō differt: quacūq; ex cā vel quocūq; mō aliquis priuetur: vt ꝑꝑ hoc dicat̄ magis ꝛ minus priuatus. Non. n. minus ē mortuus: qui vno vulnere percussus interijt: ꝗ̄ qui duobus vel tribus: nec minus est tenebrosa domus: si candella velet̄ vno velamine totū lumen intercludēte: ꝗ̄ si duob⁹ vel tribus. Quedā est priuatio nō pura: sed aliquid relinquēs: vn̄ nō solū est priuatio: sed etiā cōtrariū: Et iste priuatiōes significāt quasi in via corruptionis. Et in istis nō totū priuat̄: ꝛ qd̄ positiue dr̄: est de rōne eius: qd̄ dr̄ priuatiue. Et ideo tales priuationes recipiūt magis ꝛ minus: ꝯm differentiā eius qd̄ dr̄ positiue. Sicut egritudo ē qdā sanitatis priuatio: q̄ nō tollit totā cōmensurationē sanitatis: sed aliquid eius: ꝛ nō priuat totā humorū proportionē. Et proportio humorū positiua que remanet in egritudine: qꝛ aliq̄lis remanet: alias vita destrueret̄: est eiusdē rōnis cū proporne priuata: sicut albedo existēs ē eiusdem rōnis cū albedine corrupta. Et ideo egritudo dicitur maior aut minor: sicut cā tollēs sanitatē est maior aut minor. Et sic quedā priuationes nō suscipiūt magis nec min⁹: quedā vō magis ꝛ min⁹ suscipiūt: vt egritudo q̄ ē priuatio sanitatis: dissimilitudo que ē priuatio similitudinis: turpitudo que est priuatio pulchritudinis: inequalitas que est priuatio equalitatis. ¶ 2. Pctā omissionis: que sunt circa precepta affirmatiua: per se loquēdo cōsistūt in sola priuatione precepti qd̄ omittitur: vt si alicui precipiatur: vt vadat in die festo ad ecclesiam: si non vadit: est pctm̄ omissionis: ꝛ est pura priuatio actus: qui fieri deberet: ꝛ dato ꝙ ista priuatio non recipiat magis ꝛ minus per se loquēdo: nō tamen sequitur ꝙ oīa peccata omissionis sint paria: quia precepta ipsa sunt disparia: vel ꝑꝑ diuersaꝫ auctoritatē precipiētis: puta: vnus precipiēs est deus: alius ē summus pontifex eius vicarius: vel propter diuersam dignitateꝫ preceptoꝝ: puta quia vnum est circa deū: vt est illud. Diliges dn̄m.

ges dñm deum tuum: aliud circa pro ximum: vt est illud. Honora patrem tuum: vel pp diversam necessitatem preceptor: qr vnũ est magis ad salutem necessariũ: vt est illud. Dñm deũ tuum adorabis: aliud minus necessariũ: vt est illud. Omni petenti te tribue. Et ideo peccata omissionis licet sint pure privationes: tamen rõnibus iam dictis suscipiũt magis et minus: nec sunt paria: sz inequalia. ¶ 3. Peccata transgressionis que sunt circa precepta negativa: consistunt in deformitate alicuius actus: que quidẽ deformitas nõ tollit totũ ordinẽ rõnis: sed aliquid eius: nec põt rõnis ppor tio totaliter tolli: ipso actu remanẽte. Unde dicit Phus in. 4. Ethicor: q si malum sit integrũ: importabile fit: et seipsum destruit. Exemplum. Alicui datur preceptũ negativũ: ne comedat carnes in die veneris sancta: si in tali die comedat: iste actus est deformis in vno: qr cõtra negativũ preceptum: sed in illo actu deformi: remanet aliqua forma: qr comedit pp finẽ quem dct. s. ad corporis sustentationez: et in loco quo debet: vt in domo: et in mensura qua debet: puta: temperate. Si aũt alius comederet ea die: et ad luxuriã provocandã: et in platea: et imoderate: ille actus haberet plures deformitates: et esset gravius peccatũ. Et ideo peccata transgressionis que sũt circa precepta negativa: qr cõsistunt in deformitatate alicuius actus positivi: suscipiunt maiorem et minorem gravitatẽ: sicut actus suscipiunt maiorem et minorẽ deformitatẽ: nec sunt paria: sed disparia. ¶ Exemplũ. Sicut n. nõ ois deformitas humani corporis est equalis: sz alia minor: alia maior: s m q privatur et deficiunt plura ad decorẽ pertinẽtia: vel al. quid principalius pertinẽs ad decorem: sic nec oĩs deformitas vel inordinatio actus est equalis: sed quedã minor: et quedã maior: ita nec omnia peccata sunt equalia: sed quedã maiora: et quedaz minora.

¶ 3. c. Determinatio catholica. Sic m declarat Alex. de alis vbi s. r. s. Tho. vbi s. in rñ. ad arg. Cũ querit. Utrũ peccatũ mortale sit maius altero peccato mortali: qr qd duob modis põt intelligi. ¶ Primo sic. Utrũ vnũ peccatum sit magis mortale: et aliud minus mortale. ¶ 2. sic. Utrũ vnũ peccatũ mortale sit maius: et aliud minus: ideo distinguendũ est qdrupliciter: sicut magis et min referunt ad duo: et maius et minus ad alia duo: et proponende sunt quattuor ppõnes: que rñdebunt ad argumẽta in cõtrariũ facta. ¶ Prima. Si cõparet peccatũ mortale ad vitã: a qua separat. s. a visione divina: et a deo qui est vera vita: sic vnum peccatũ mortale nõ est magis mortale q̃ aliud: qr oĩa peccata mortalia eque separant a deo: et a visione divina. Et sic intelligit illud Ja. 2. Qui offendit in vno: factus ẽ oĩuz reus. Qui. n. vnũ pceptũ contemnit: et in vno offendit: deũ cõtemnit: et deuz offendit: et cõsequẽter oĩa quodãmõ cõtemnit: qr oĩa ex deo hñt auctoritatẽ: et hoc quo ad separationẽ ab ipso deo. Sic et intelligitur illud Ecc. 9. Qui in vno peccaverit: multa bona pdet: qr per vnũ peccatũ mortale ita separat aĩa rõnalis ab ipso deo: qui est vita: et a visione divina: et a bonis celestib: sicut p multa: vel p quodcũq: qr cõparando pctz mortale hoc mo

do ad vita m:nō suscipit magis ꝛ mi-nus. ¶ 2. Si cōpa retur peccatū mortale ad mortē gehenne:ad quā perducit:que mors est eterna : qꝛ pena eterna:iuxta illud Math.25. Ibunt ii in suppliciū eternū:sic vnū mortale peccatū non est magis mortale ꝙ aliud: qꝛ vnūquodqꝫ ita obligat ad illā penā eternā: sicut quodcūqꝫ aliud : ꝛ sicut oīa alia simul. Et sic intelligitur illud Jaco.2. Qui offendit in vno: factus est omniū reus. Nā qui vnū peccatū mortale omittit: ita reus est eterne pene: sicut qui oīa cōmittit. Et sic ēt intelligitur quod tertio obijcitur: quia omniū peccatoꝝ est vna ꝛ equalis pena in iferno: quod veꝝ est quo ad eternitatē: qꝛ cōparando peccatū mortale ad eternā mortē: nō suscipit magis ꝛ minus. ¶ 3. Si vero cōparetur peccatū mortale ad actū substratū: p quē quis diuina precepta transgreditur: puta: ad amorē inordinatū volūtatis: vel ad odiū inordinatū eiusdē volūtatis: certū ē: ꝙ sic vnū pctꝫ mortale est maius ꝙ aliud: qꝛ sicut actus est intēsior ꝛ remissior: sic pctꝫ maius ꝛ minus: grauius ꝛ minus graue. Exemplū. Quis dicet primo iniuriosum verbū cū leui odio: peccabit: alius dicet simile verbū cū odio intenso: grauius delinquet. Unus cū odio moderato vel mediocri deū blasfemabit: alius vero blasfemabit cū odio vehementissimo ꝛ furibundo: deterius sine cōparatione peccabit. Unus carnis peccatū consumabit cū amore inordinato sed mediocri: alius vō cū amore effrenatissimo: ꝛ cū vehementi cōcupiscētia eundē actum cōmittet: sine dubio grauius delinquet: qꝛ sicut dicit Sco. in. 4. q. vltima. Cū actus est intensior: sicut deberet habere maiorem ꝛ intensiorē rectitudinē: ita si caret ea: grauius est peccatū: ꝛ ideo cōparando peccatum ad actū substratū: vnū peccatū est maius altero. Et hoc est qđ dicit veritas Jo.19. Propterea qui tradidit me tibi: maiꝰ peccatū hꝫ. Et cū dicis. Mors oīum corporū ē equalis: ḡ peccatū: qđ ē mors aīe: est in oībus equale. Dico: ꝙ peccatū est formaliter priuatio rectitudinis in actu: ad quā sequit̃ mors aīe. i. separatio aīe a deo: ꝛ a diuina gratia. Uñ pcīm nō est mors aīe: sꝫ est causa mortis aīe rōnalis. ¶ 4. Si cōparet̃ peccatū ad acerbitatē ꝛ intensionē pene: quā meret̃: que corrñdet grauitati peccati: sic ꝓfecto vnū pctꝫ mortale maius est ꝙ aliud: qꝛ in inferno magis puniet̃: ꝛ magis cruciabit̃ vnꝰ ꝙ alius: ſm ꝙ plura vel grauiora peccata commiserit. Unde dixit veritas Math.13. Colligite primū zizania: ꝛ alligate ea fasciculos ad cōburēdum. Alio. n. cruciatu siue fasciculo cruciabuntur fures. Alio fornicarij. Alio adulteri. Alio homicide. Alio periuri. Alio blasfemi. Alio infideles: ſm ꝙ maiori vel minori malignitate peccauerint. Unde concludo sine aliqua dubitatione: ꝙ vnū peccatuꝫ est maius ꝙ aliđ: ꝛ quo ad reatū: ꝛ quo ad cruciatū: dicente Aquila volante Jo. euangelista Apoc.18. Quantū glorificauit se: ꝛ in delicijs fuit: tātū date ei tormentū ꝛ luctus. Et ideo: ꝙtū minus ditatus fueris: tm̄ pauperior fies. Quātū iniuste exaltatus: tantū in penis humiliaberis. Quantū iniuste delectatus: tātū in tormentis cruciaberis. Quantū crapulatus : tantū fame cruciaberis.

Eclaratio in. 2. misterio cōsiderāda: talis est. ¶ Si quis q̄reret

D

ret quot modis vnū peccatū sit alio grauius vel maius. ¶ R͞n° s͞z doctrinā Sco. in. 2. di. 21. Bona. in. 2. di. 21. q. vii°. Alex. d̄ alis in. 2. pte. q. 161. mē. 6. q. 174. mēb. 6. z Tho. 1° 2ᵉ. q. 73. 12. modis vnū pctm̄ dr̄ alio grauius z maius.

¶ Primo. Causalitate. Nam illud peccatū dr̄ grauius: qd̄ pluriū est cā peccatoꝝ. Et hoc mō pctm̄ diaboli siue luciferi fuit oīuz pctoꝝ maximū: qz vt dicit Alex. d̄ alis in. 2. pte. q. 109. z. 120. mēb. 7. Ipse demon fuit initiū maliciei: z est origo z principiū omniū peccatoꝝ: tā angeloꝝ q̄ hominū. Et dr̄ caput omniū maloꝝ: qz p influxum z suggestionē concurrit ad oīa peccata mediate vel imediate. Uñ dr̄ Sap. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terraꝝ. Et hinc elice hanc cōclusionē. Quāto plures quis ad peccādū inducit: p sua verba: p pmissa: p munera: p minas: vel terrores: q̄to pluriū maloꝝ est cā: tāto deterius z tāto grauius z dānabili⁹ peccat. Et tales sunt filij diaboli: qz sicut diabolus stimulat ad pctm: ita z isti. Uñ scribit Sap. 2. Imitant aūt illū. s. diabolū: qui sunt ex parte illius.

¶ 2. Generalitate. Sic declarat Alex. de alis in. 2. parte. q. 120. Pctm̄ dr̄ magnū: pp dāni vel pene cōsequentis magnitudinē: qz vz gnālius est: z ad plures se extēdit. Et hoc mō pctm Ade grauius fuit quocūq̧ alio pctō: qz ei⁹ pctm̄ gnāliter ad oēs de cōi lege derivatū est: z oēs maculauit: z penis innumeris subiecit. Et ex hoc elice hāc cōclusionē. Quotiēs quis ex suo malo exēplo vel ex suo pctō publico plures scādalizat quo ad aīaz: vel plures affligit quo ad corpus: vel plures dānificat quo ad tpalē subāz: tāto grauius z dānabilius peccat. Uñ dat sibi maledictio a christo: dicente math. 18. Ue homi illi p quem scādalū venit. Heu. Heu. quot sunt a christo maledicti: z nō aduertūt: vt sunt lusores: blasfemi: ptiales: mulieres scollate. zc.

¶ 3. Enormitate. Pctm̄ dr̄ alio maius ex sua enormitate z turpitudine: qz vz est enorme valde: quasi totaliter extra normā. Et hoc mō pctm̄ Jude proditoris dr̄ maxᵐ: qz fuit valde enorme. Enorme. n. fuit vēdere tā excellētē psonā p tā vili pcio: cū tali astutia: tali dolo: tali fraude z pditiōe: cū tot ab eadē recepisset bñficia: honores: grās: z familiaritatē. Uñ dr̄ i ps. Homo pacis mee in quo speraui: qui edebat panes meos: magnificauit sup me supplātationē. Ex hoc elice cōclusionē talē. Grauissimū ē z enorme pctm̄ illoꝝ: q minimo pcio vēdūt carnes filiaꝝ: vel vxoꝝ: aut aliaꝝ mulieꝝ. Et eoꝝ: q ↄtra amicos z bñficos dolose i corde suo machinant: dolose obsequunt: z fraudulēter opant. Grauissimū est z pctm̄ eoꝝ qui dñoꝝ suoꝝ: vel castroꝝ: vel ciuitatū sunt pditores: z tradunt eas in inimicoꝝ manus: z sunt cā tot homicidioꝝ z depopulationū. Q̄ graue: z horribile pctm̄. Tales clamāt illō Prouer. 1. Insidiemur sanguini. Abscōdamus tendiculas ↄ isontē frustra. Deglutiamus eū sicut infernus viuentē. Oēm pciosā subāz reperiem⁹. Implebim⁹ domos nr̄as spolijs.

¶ 4. Magnitudine. Pctm̄ dr̄ alio maius rōne magnitudinis psone. Et hoc mō sic d̄clarat Sco. in. 2. di. 21. Pctm̄ illi⁹ psone: q plura a deo recepit dona z bñficia: dr̄ mai⁹ pctō alteri⁹ psone: q tot a deo bñficia nō recepit: si pctā sint eiusdē rōis: vt puta: pctm̄ diuitis: q̄ paupis. Ex h̄ elice cōclusionē talē.

Sicqs a deo beneficia maiora recepit: siue temporalia: siue corporalia: siue spiritualia sint: tāto si peccat: ex ingratitudine: grauius et damnabilius est peccatū suum in conspectu diuine maiestatis. Unde de talibus cōqueritur deus: dicēs Deut. 32. Incrassatus ē dilectus: et recalcitrauit: incrassatus: impinguatus: dilatatus: dereliquit deum factorē suum: et recessit a deo salutari suo. Heu quot sunt tales diuites domini sapientes.

¶ 5. Periculositate. Peccatū dicitur alio mai⁹ qr periculosius magis precipitans hoiem ī alia peccata. Et isto modo vt dicit Alex. de alis in. 2. parte. q. 129. membro. 6. Ignorantia dr peccatū grauissimū: qr periculosissimum. Sicut. n. cecus qui nō videt cū magno precipitij periculo itinerat: sic qui ignorat et per ignorantiaʒ peccat: periculosissimū iter et peccatū habet: qr semper ī periculo ambulat. Unde Ambro. super illud Ro. 2. An ignoras et c. dicit. Peccas homo dū impunitatē tibi promittis. Grauius cū dei bonitatē contemnis. Grauissime cuʒ ignoras. Et ex hoc elice cōclusionem. Quilibet christifidelis et sue cupidus salutis: super oīa declinare debʒ et a se expellere matrē cunctoꝝ delictoꝝ ignorantiā: qr vniuersum mundum precipitat in infernū. Heu quot infideles: quot machumetani: quot heretici: quot rustici. quot iuuenes: qt senes: quot mulieres: pp hāc ignorātiam in pctōꝝ profundū precipitantur et corruunt.

¶ 6. Inseparabilitate. Quanto aliqđ pctʒ cū maiori difficultate ē ab aīa separabile: tāto pōt dici alio graui⁹: qr inseparabilius. Et vere vna de priori bus alicui⁹ peccati cōditionibus est: qñ est de difficili mobile ab ipsa anima. Et hoc modo auaritia dr peccatuʒ grauissimū: qr ab aīa de difficili separat. Quinimmo cū cetera vitiā omnia ab aīa per tēporis decursum paulatim recedāt: auaritia ipsa p oppositum magis adheret. Naʒ in senectute recedit vitium gule: luxurie: odij: blasfemie: ludi: iracūdie: et huiusmodi: sed auaritia in senectute cōualescit. Unde Hiero. Cū cetera vitia in hoīe senescant: sola auaritia iuuenescit. Uide. c. sunt hi. 47. dist. Et ex hoc elice conclusionem: qꝫ quilibet christifidelis: qui ad celestes diuitias aspirat: ex toto corde terrenas diuitias cōtemnere debet: qr sūt laqueus animarū: tenētes eas in manu diaboli: dicēte Paulo. j. ad Thimo. 6. Qui volunt diuites fieri: incidūt in tētationem et in laqueū diaboli: et in desideria multa inutilia et nociua: que mergunt hoīes in interitū et perditioneʒ. Radix. n. oīum malorū ē cupiditas.

¶ 7. Importunitate. Pctm̄ aliquod dicit maius alio: qr magis importunum. Hoc modo superbie pctm̄ dicitur maximū. Nam appetit⁹ excellentie maxime inheret spūi rationali: et iō importune tētat: et de difficili repellit. Similiter superbia occasionaliter etiā ex virtutibus oritur: et ideo maioris est importunitatis: et difficilioris expulsionis: vt dicit Alexan. de alis in. 2. parte. q. 153. memb. 7. Heu quot laborant hoc pessimo vitio. Ex hoc elicio cōclusionē: qꝫ quilibet sue sitibūdus salutis: super oīa maxime precauere debet a peccato superbie: qr est importunissimū vitiū. Uñ glo. super illud ps. Dñe deus meus si fe

cijst ud: ait. Superbia est primũ pec catũ recedentibus a deo: et vltimum redeuntibus ad ipsum.

¶ 8. Pronitate. Tanto aliquod peccatũ dicitur graue: quãto ad ipsum est maior inclinatio. Et hoc modo peccatũ luxurie maximum dici pot: qr ad ipm est maxima inclinatio. Un̄ scribitur Gen.6. Cuncta cogitatio cordis intenta est ad malũ.i.ad peccatũ carnis: omni tẽpore. Et rõ est: qr corpus quod corrũpitur aggrauat aiaz: et terrena inhabitatio deprimit sensũ multa cogitãtẽ. Figura huius pronitatis hetur in muliere meretrice: de q̃ scribitur Prouer.7. Ecce mulier occurrit illi in ornatu meretricio: preparata ad decipiẽdas aias: garula: vaga: quietis ipatiẽs: apphensum deosculatur iuuenẽ: et pcaci blanditur vultu: irretiuit eũ multis sermonibus: et blandicijs labiorũ pertraxit illũ. etc.

¶ Mystice hec meretrix ẽ caro nr̄a siue sensualitas: que suis blandicijs allicit aiam et rõnem ad carnalis peccati cõsensuz. Et qr rõ siue aia cõiũcta est carni multũ cõdelectatur cum ipsa carne: vt dicit Sco.in.2.di.29. Unde ad luxurie pctũ est maxima pnitas.

¶ 9. impugnatione. Peccatũ aliquod dicitur grauissimũ: qr gratiã magis impugnat: et gratie magis contrariatẽ. Et hoc modo peccatũ i spiritũ sanctũ est maximũ: qr ẽ peccatũ ex certa malicia cũ mentis pertinacia: p quod impugnat gratia spũs sancti: in qua fit remissio peccatorũ: et dicitur inuidentia fraterne gratie: vt declarat Alex.d alis in.parte.q.173.mem.1. O q̃ graue et terribile peccatũ. Hoc pctõ delinquũt despe rati presumentes: impugnantes fraternã gratiam: impugnantes veritatẽ cognitã: obstinati et impenitentes. De grauitate huius peccati dicit veritas Math.12. Quicũqz dixerit verbũ cõtra filiũ hominis remitteẽ ei: qui aũt dixerit cõtra spũm sanctũ: nõ remittetẽ ei: neqz in hoc seculo neqz in futuro. Elice si vis conclusionem vt supra.

¶ x. Offensione siue elõgatione. Peccatũ dicitur maius: quod diuinũ bonum magis offendit: et a diuino bono magis elongat. Et hoc modo peccatũ ydolatrie sicut declarat do. Alex. de alis.in.2.parte.q.178.memb.5. est peccatũ maximũ ex genere suo: eo q maxime opponiẽ rectitudini fidei: et destruit primũ fundamẽtũ: quod est infide.s.credulitatẽ dei oipotentis creatoris celi et terre. Et maxime a diuino bono elõgat: qr facit adherere ido lo qd nihil est.1.Cor.8. Nihil est ydolũ in mundo. Nihil aũt magis a deo distat q̃ quodcũqz bonũ 9mutabile: cui inherent alij peccatores. Hoc vicio maximo inuoluunẽ infideles: heretici: superstitiosi: diuini: incantatores: idolorũ cultores. Cõtra quos clamat Paulus.1.Cor.x. Carissimi mihi: fugite ab ydolorum cultura. Nolo vos socios fieri demoniorũ.

¶ xi. Libidine. Peccatũ aliquod dicitẽ maius: qr cũ maiori libidine: siue cũ maiori cõcupiscẽtia 9missum est. Et hoc modo: sicut declarat Alex. d alis in.2.parte.q.127.memb.4. et Tho.in q.disputatis d peccatis.ar.9. in rñ.ad 15.arg. Quodcũqz peccatũ cuiuscũqz generis existat est maius: quod maiori concupiscẽtia: vel maiori libidine: siue maiori volunta te conatu perpetratur. Heu quot sunt tales: qui sine rẽnis, freno: bestiarũ more toto men

tis conatu ad delicta nequissima disoluuntur. De quib⁹ Propheta inquit Facti sunt sicut equus et mulus: quibus non est intellectus. Ideo in chamo et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te. Heu quot sunt in hoc gradu philocapti: adulteri: homicide: partiales: qui toto mentis conatu nituntur in vicia.

¶ 12. Principalitate. Peccatum vno modo dicitur alio maius: quando obiectum quod offendit est principalius. Et hoc modo secundum Tho. 1ª 2ᵉ. q. 73. ar. penultimo. Peccata que sunt in deum sunt maxima et grauissima. Sic infidelitas est maximum peccatum: quia fidei opponitur: et diuine veritati. Desperatio: que opponitur spei et diuine misericordie. Odium dei: quod opponitur charitati et diuine bonitati. Blasfemia dei: que diuine opponitur maiestati. O quantum habundant huiusmodi peccata. Uere dicere possumus illud Exo. 32. Peccauit populus iste peccatum maximum feceruntque sibi deos alienos.

Conclusio in tertio mysterio describenda multiplex est. ¶ Secundum sacrorum Canonum et Theologorum doctrinam. Alex. Scot. Bon. et s. Tho. in 2. sententiarum. di. 21. Ex parte persone peccantis: multipliciter peccatum aggrauatur. Unde. xi. ordinate proponuntur conclusiones de maiori et minori grauitate peccati: et intellige semper ceteris omnibus paribus. Nam maiora: grauiora: et deo magis exosa et maiori supplicio condigna sunt peccata.

¶ Primo. Uoluntaria. Hoc habetur. 32. q. 5. in. c. Sicut. n. Cum. n. voluntas sit causa peccati siue effectiua siue defectiua: tanto maius est peccatum: quanto magis habet de voluntario: et tanto minus quanto minus. Et ideo illi qui peccant non per ignorantiam: nec per infirmitatem: nec per timorem aliquem: sed propria et spontanea voluntate: sine aliqua admixtione inuoluntarij grauissime peccant. Heu quot sunt tales: qui nec demonis: nec mundi: nec carnis temptationem expectant: sed ipsimet sponte se precipitant in peccatum.

¶ 2. Diuturniora. Hoc habetur. 24. q. 1. c. Scisma. Nam peccata quanto sunt magis diuturna: tanto magis ex consuetudine in anima radicantur: et quod deterius est ad grauiora peccata perducunt. In hoc numero sunt: vsurarij: qui per annos viginti perseuerant in peccato vsure. Sic adulteri in peccato adulterij: incantatores: partiales: odiosi: inuidi: qui toto tempore vite sue in suis fecibus requiescunt.

¶ 3. Uirorum. Peccatum virorum ceteris paribus grauius est peccato mulierum: quia vt dicit Sco. in. 2. d. 21. Uiri habent maiorem fortitudinem et possibilitatem resistendi quam mulieres. Et ideo si in eodem crimine delinquunt grauius peccant: quam mulieres. Heu. heu. quot sunt viri: qui sunt magis sensuales: magis lasciui: magis nugaces: quam mulieres.

¶ 4. Nobilium. Peccatum nobilium ceteris paribus grauius est peccato ignobilium et vilium personarum: et hoc habetur. 26. q. 5. c. Contra ydolorum. Nam vt dicit Sco. in. 2. di. 21. Grauius et damnabilius peccat: qui est in maiori dignitate constitut⁹. Et s. Tho. 1ª. 2ᵉ. q. 73. ar. x. ait. Omne bonum quo aliquis magnificatur: dei beneficium est: cui bonus fit ingratus peccando: et quantum ad hoc quelibet maioritas etiam in temporalibus bonis peccatum aggrauat

grauat fm illud Sap.6. Potētes po tenter tormenta patientur. Heu quot nobiles sunt: qui sunt magis luxuriosi: magis adulteri: magis blasfemi: et in omni scelere vitiosiores quam pauperes: et mendici: et sunt lucifero similes: quia quo nobilior tanto deterior.

¶ 5. Scientium. Sicut declarat Alex. de ales in.2.parte.q.163.memb.3. Sciētia multum aggrauat peccatum. Unde qui cognoscit peccatum et ex infirmitate vincitur et peccat: grauius peccat: quam ignorans. Et peccata scientium sunt grauiora: patet.6.q.1.c.Quero. Heu quam grauia et detestabilia sunt scientium peccata. Ecce carissimi multi sunt in grammatica doctissimi: que et recte scribere: et recte eloqui docet: et tamen pessime loquuntur: murmurando: detrahendo: infamando. Ecce quis in Logica doctissimus est: que inuenire edocet veritatem: et tamen mēdacia plura dicit: veritatem impugnat: falsitatem defendit: grauissime peccat. Quis in scientia naturali peritissimus est: et tamen turpius viuit quam Leno et Meretrix. Ille Astrologus in celorum scientia preeminet: et tamen ē pessimus ydolatra: incantator: superstitiosus. Alius est Orator maximus: aut Poeta: et multiplicat adulationes: mendacia: cōponitque lasciua carmina. Alius in Canonico iure precellit: et tamen simoniace vendit et emit: cōcubinas nutrit. Alius in arte procurādi preeminet: et nō tot capillos in capite habet: quot mendacia multiplicat: causas iniustas defendit: causas iustas impugnat: vociferat: clamat: et nigrum in cādida vertit. Tunc immensa caui spirant mendacia folles. De Legistis quid dicam: et de Iudicibus: qui ob dominorum timorem vel fauorem iustitiam peruertunt: qui ob deuotionem Sancti Joannis os aurei: reum absoluunt: et iustum condemnant. O quam grauia sunt peccata sapientium: et sciētia pollentium. De Theologis nihil dicā: qui de Theologia tota die disputant: et cōcubinas nutriunt: filios generant.

¶ 6. Sapientium. Hoc habetur in.c. Quero 6.q.1. Multi.n.sunt scietes et iuuenes: et tamen non sunt sapientes et prudentes. Alii vero sunt et prudentes: et sapientes per longū temporis experientiam. Et isti sunt Senes et cani: quia vt scribitur Job.12. In antiquis est sapientia: et in multo tempore prudentia. Sed isti senes sunt querulosi: murmuratores: inuidi: lasciui: auari. O quot mala committūt. Quibus dici potest illud Dan. 13. Inueterate dierum malorum.

¶ 7. Christianorum. Sicut.n. declarat.s.Tho.2ª.2ᵉ.q.x.ar.3.in fine. Dimisso peccato infidelitatis: ceteris paribus: in aliis peccatis: puta in adulterio: mendacio: furto: magis peccat: et grauius christianus quam infidelis: tum propter notitiam veritatis ex fide: tum etiam propter sacramenta fidei: quibus est imbutus: quibusque peccādo cōtumeliā facit. Heu quam grauiter peccant christiani in maledictionibus et in blasfemiis dei: in odiis: homicidiis: sodomiis.

¶ 8. Religiosorum. S. Tho.2ª.2ᵉ. q.186.ar.vltimo declarat quomodo Religiosus in eodem genere peccati grauius et damnabilius peccat quam secularis: in tribus casibus. ¶ Primo quando peccat contra votum suum.

¶ 2. quādo peccat ex cōtemptu: quia tūc est magis ingratus de receptis beneficiis. ¶ 3. quādo peccat cum aliorum scādalo. Heu quot peccā. et q̄ grauia cōmittunt relligiosi apostatādo: luxuriando: curias frequētando: cū secularibus conuersando.

¶ 9. Sacerdotum. Hoc habet. 22 q. 1. monet. et di. 40. c. Añ oia. Cū. n. sacerdotes sint pastores gregis tanto grauius delinquunt: quāto caput ceteris membris preeminet. Ipsi. n. sunt lucerna posita super candelabrū vt luceat oib⁹ qui in domo sunt Math. 5 Et si ad subditos sue male vite exēpla trāsmittūt: tot mortib⁹ digni sūt: quot suo malo perimūt exēplo. Heu quid dicā: de vestibus inhonestis: de cōcubinis: de ruina ecclesiarū: de ludis: de dissipatione bonorum ecclesie: de malis societatibus: de sodomia.

¶ 10. Prelatorum. Hoc habet in. c. Ante omnia. di. 40. Quāto. n. sunt in altiori statu: tanto ad maiorē perfectionē obligant: et ideo si delinquunt tanto damnabilius peccant. O quātā ruinam in dei ecclesia faciunt mali prelati: per suas ambitiones: pōpas: cōuiuia: luxuriā: cōcubinas: indeuotionē.

¶ xi. Dñorum. Hoc habet. 26. q. 5. c. Cōtra idolorum. et. 24. q. 1. Qui 3. Quā grauiter peccent dñi tēporales: imperatores: reges: duces: principes: marchiones et alii: quis dicere queat? Heu quot iuste querelle ad dei aures ascēdūt: opprimūt pauperes: corrūpunt puellas: aggrauāt iniuste: scandalizant: diuina abhorrēt: dant mala exempla: sed caueāt: q2 dr̄ Sapiētie 6. Potētes potēter tormēta patientur. O mortales. Uenite ascēdamus. etc. Amen.

¶ De mortalis peccati multiplici grauitate. Cap. 12.

Uenite ascēdamus ad montē dñi et docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec vba Isa. 1. Ueh gēti peccatrici: populo graui iniquitate: semini nequā: filiis sceleratis. Dereliquerūt dñm: blasfemauerunt sanctū: abalienati sunt retrorsum. Quā grauiter delinquant miserrimi peccatores: et quam longe fiant a bonitate diuina prestantissimi Auditores et dilectissimi in christo iesu: ꝓpter quattuor singulariter demonstrat. ¶ Primo ꝓpter malā cōsuetudinē: nā infelix peccator in mala peccādi cōsuetudine adeo depraua tur: qꝫ ab ea vix vllo potest remedio resilire. Uñ dicit propheta. Ueh genti peccatrici. i. in peccato assuete. Sicut. n. aliquis dicit artifex ex arte iā acquisita per consuetudinē et operis exercitium: ita dicit aliquis peccator vel aliqua gens peccatrix ex habitu peccandi per malam consuetudinem acquisito: vt dicit Lyra super Isa. 1. ¶ 2. propter malā declinationē. Nā qui mala peccādi cōsuetudine aggrauatur: propter peccati pōdus: ad alia peccata faciliter declinat. Peccatum enim quod per penitentiā non diluit mox suo pōdere ad aliud trahit. Unde dicit propheta. Ueh populo graui iniquitate: qui ꝓpter peccati grauedinē: ad maiora peccata declinat. ¶ 3. propter malam disseminationē. Nam male assueti: et declinantes ad peccata: malorum exemplorum semina diffundunt: et diabolicos fructus producunt. Unde et a propheta maledicuntur cum dicit. Ueh semini

nequā

nequā. Sicut.n. semen fructum producit fm qualitatē suam: sic in peccatis assueti per sua mala exempla: malorum operum fructus effundunt. ¶ 4. propter malam hereditatem. Nā qui peccatis assuescūt: et malorum exemplorū semina diffundūt: filij diaboli efficiuntur: et cum diabolo eternam maledictionē hereditabūt. Unde dicit propheta. Ueh filiis. s. diaboli: sceleratis. Dereliquerunt dnm et c. que sunt verba assumpta pro nostro fundamētō: et iterū replicata dicuntur in hac forma: Ueh genti peccatrici. In his verbis ő peccati horribili grauitate: tria principalia mysteria declaranda proponuntur,

¶ Primum Disputatio

¶ Secundū Declaratio.

¶ Tertium Conclusio.

E primo: que est disputatio: proponit̄ talis q̄stio. ¶ Utrū oīa pctā mortalia sint paria: an vnū sit grauiꝰ alio. Pro cuius elucidatione tria sunt puncta in hoc primo mysterio declaranda et vētilāda:

¶ Primum est subtilis obiectio.

¶ Secūdū ē Magistralis distictio.

¶ Tertium est theologalis solutio.

¶ Primū est subtilis obiectio. ¶ Uidetur q nullū peccatū mortale sit grauiꝰ alio: sed omnia sint equalia: et hoc multiplici medio persuaderi potest ¶ Primo sic: Quādo aliquid dicit̄ magis et minus: hoc dr̄ p cōparationē ad vnū primū: qđ ē simpliciter tale: sicut luna dicit̄ magis lucida q̄ stella per cōparationē ad solē: qui est lucidissimus. Sed nō datur vnū primū et simpliciter malū: quod. s. careat omni bono: ergo nō est aliquod magis vel minus malū ergo nec aliquod maius vel minus peccatū. ¶ 2. sic. Quāto maior est qui offenditur: tāto grauius est peccatū. et quāto minor: minus: et quā to equalis equale. Sed in omni peccato idē est et equalis ille qui cōteīnit̄ et offenditur. s. deus: ergo omnia peccata sunt equalia. ¶ 3. sic. Queculq3 essentialiter cōueniūt in aliquo eiusdē rōnis sunt eiusdē rōnis et eq̄litatis essentialis: sicut omnes homines qui cōueniūt in humanitate: sunt equales in humanitate. Sed oīa peccata mortalia cōueniūt in auersione a deo: cū peccatum sit auersio ab incōmutabili bono: q̄ auersio. ē eiusdē rōnis: qr eiusdē positiui: ergo oīa pctā sunt eiusdem rōnis et sic equalia. ¶ 4. sic. Omne peccatū mortale eque priuat totā gratiā nihil de ea in anima relinquēs: ergo omne peccatū mortale est equale: cū ex quocunq3 sequatur equalis priuatio. ¶ 5. sic. nullū infinitum est maius altero infinito. Sed qđlibet peccatū mortale est infinitum: quia contra bonum infinitum: quod. e. st deus: vnde et penam infinitam meretur: ergo vnū3 mortale non est maius altero. ¶ 6. Sic: idem remanet in anima post quodlibet peccatum mortale: ergo omne mortale est equale alteri. Antecedēs probatur: quia si homo blasfemat post blasfemie peccatu3 remanet natura anime et libertas arbitrij: p quā homo potest eligere bonū et malū. Si cōmittit homicidiū idē remanet. Si adulteriū: ide3. Si furtū: idē. Cū ergo vnū pctm̄ mortale nō magis adimat vel priuet ő anima q̄ aliud: ergo vnum nō est maius altero. ¶ 7. sic pctm̄ ē auersio ab incōmutabili bono et cōuersio ad cōmutabile bonum: sed ista auersio et conuersio nō recipit magis aut minus: nec ē maior: aut minor:

q2 cum aia sit simplex: ad quodcuq3 couertitur tota couertit: r a quocuq3 auertitur tota auertitur: ergo couersio non est maior: nec auersio maior: ergo nec pctm vnu altero maius: ergo vr q oia pctã sunt paria r equalia.
¶ 2. est mgralis distinctio. ¶ Ad ista oia supradicta fm doctrina s. Tho. in q. disputatis de peccatis. arti. 9. r Alex. de alis in 2. pte. q. 127. r Sco. in 2. di. 21. q. 2. sic respondetur.
¶ Ad primu dico: q in rebus positiuis aliquid dicit magis r minus per accessum ad vnu primu tale: sicut aliquid dicit albius in comparatione ad vnu albissimu: sed in priuatiuis: aliquid dicit magis r minus per recessum a positiuo: q2 ergo peccatum r malu sunt priuatiua ideo vnu3 pctm dicitur maius alio r vnu malus dicit maius altero per recessum a primo bono: qd est deus: no per accessu3 ad primu malu. Et io aduerte q quanto quis a deo se magis elongat: tanto deterius peccat: vnde clamat propheta Ysa. 1. Dereliquerut dnm: abalienati sunt retrorsum.
¶ Ad. 2. dico: q magnitudo pcti mortalis r magnitudo contemptus no solu attedit ex parte obiecti quod offenditur r contemnit: sed etia3 ex parte actus: quo quis cotemnit. Actus autem pot esse intensior r remissior: r ita peccatu pot esse grauius r leuius. Et ideo aduerte q quato actus pcti est intesior: tanto grauius est pctm.
¶ Ad. 3. dico: q peccatu no e tm auersio vel priuatio aliqua: sed includit aliqd positiuu3: qd e subiectu auersionis r priuationis: r p illd positiuu suscipit magis r minus: r ideo peccatu aliqd est maius r aliud minus.
¶ Ad. 4. dico: q peccatu no est essentialiter priuatio gratie: sed peccatum est causa priuationis gre. Essentialiter aute peccatu est actus deformis vel inordinatus. Et ideo sicut vnus act9 e magis deformis r magis inordinatus q alius: ita vnu peccatu potest esse maius r minus q aliud.
¶ Ad. 5. dico: q peccatum mortale licet habeat aliquam habitudine3 ad bonu infinitu: ipsum tamen est essentialiter finitum. Nam a bono infinito quis auertitur actu finito: r quia peccatu est finitu: ideo suscipit magis r minus: r vnu peccatum est maius vel minus alio: sicut vnum bonu finitum est maius vel minus alio.
¶ Ad. 6. dico. q post quodcuq3 peccatum remanet integra natura anime r libertas voluntatis: qua pot vel bonum vel malu eligere: sed tamen minuitur habilitas ad bonu: r per vnu3 peccatu plus minuit: r per aliud minus: r sic vnu3 pctm est maius: aliud minus.
¶ Ad. 7. dico: q quuis aia sit simplex in esse est tame multiplex in virtute: r hoc dupliciter. ¶ Primo quia fm vna r eande potentia ad multa se habet r multipliciter in illa ferri potest: puta maiori vel minori conatu: inte(n)siori vel remissiori actu: r sic grauiori vel leuiori peccato. ¶ 2. q2 h3 multas potentias: r fm vna potest auerti a deo: non fm aliam: puta fm voluntate deu odiendo: non fm intellectum ei discredendo. Et potest auerti fm intellectum non credendo: r non fm memoriam de ipso deo cogitando. Continet etiam ipsa anima rationalis multas potentias sensitiuas interiores r exteriores virtualiter: r fm vnam illarum a deo pot auerti: no fm aliam: puta fm interiorem

phantasia3

phantasiaȝ:carnalia phantasiãdo:nõ ƒm exteriorẽ visiuam lasciuã conspiciẽdo. Põt a deo auerti ƒm linguam blasfemãdo: ꝛ nõ ƒm manuȝ homicidiũ cõmittẽdo: ꝛ ecõuerso. Et ideo potest vna auersio esse maior ꝙ alia: vel minor ꝛ cõsequenter vnũ peccatũ maius ꝙ aliud ꝛ ecõuerso vnũ peccatum minus ꝙ aliud.

¶ 3. est Theologalis solutio. Sicut n. declarat. S. Tho. 1ª. 2ᵉ. q. 74. ar. 3. Grauitas peccatorum differt eo modo: quo vna corporalis egritudo est alia grauior. Et rõ est: qꝛ sicut bonuȝ sanitatis corporalis cõsistit in quadã cõmẽsuratione humorũ per conueniẽtiam ad naturã animalis: ita bonũ virtutis cõsistit in quadam cõmẽsuratione humani actus ƒm cõueniẽtiã ad regulã rõnis. Sȝ manifestũ ẽ: ꝙ corporalis egritudo tãto grauior est: quãto per eã tollitur debita humorũ cõmẽsuratio per cõmensurationẽ prioris principii. Sicut grauis est egritudo que prouenit in humano corpore ex brachio vel tibia. Grauior que prouenit ex epate: quia cordi magis appropinquat. Grauissima que prouenit ex corde: quod est principiũ vite. Sic ꝛ peccatum tanto grauius est: quãto de ordinatio cõtingit circa aliquid: qđ est prius ƒm ordinem rationis: prius aut em ƒm ordineȝ rationis est obiectũ dignius: siue finis altior: qꝛ ratio dictat ꝙ dignius obiectũ sit prius ꝛ principaliꝰ inquirẽdũ: ꝛ altior finis sit principalius diligendus. Unde aduerte tria notabilia.

¶ Primũ ẽ: Graue peccatũ ẽ deordinatio que contingit circa res exteriores ꝛ circa bona temporalia prout sunt furtum: rapina: vsura: fraus: dolus: ꝛ huiusmodi: sunt n. huiusmodi deordinatiões grauia peccata: qꝛ mortalia ꝛ eterna morte digna. dicẽte Paulo. 1. Cor. 6. Nolite errare. neqꝫ fures: neqꝫ auari: neqꝫ rapaces regnũ dei possidebũt. ¶ 2. est: Grauius est peccatũ deordinatio: que cõtingit circa humanũ corpus vel circa hominem prout sunt fornicationes: adulteria: vulneratio: mutilatio: homicidiũ: sodomia: qꝛ homo ꝛ humanum corpus finis est exteriorum rerum: nam bona exteriora ad humanũ corpus ꝛ ad hominẽ ordinantur. Unde dicit Paul. 1. Cor. 6. Nolite errare: neqꝫ fornicarij: neqꝫ adulteri: neqꝫ molles: neqꝫ masculorũ cõcubitores regnum dei possidebunt.

¶ 3. est. Grauissimũ peccatũ ẽ deordinatio: que cõtingit circa deũ immediate: quia deus est finis: ad ipsuȝ homo quippe ordinatᷣ sicut in propriuȝ fineȝ: ꝛ ideo grauissima est inordinatio ꝛ grauissimũ peccatũ: quod immediate circa deuȝ cõmittitur: prout sunt infidelitas: que a deo alienat: desperatio que de dei bonitate diffidit. Odiũ dei qđ diuinã bonitatẽ abhominatur: blasfemia que diuinã maiestatẽ vilipẽdit ꝛ vituperat. O ꝙ graue. O ꝙ horribile. O ꝙ maledictuȝ peccatũ ẽ illud qđ cõtra diuinã maiestatẽ immediate cõmittitᷣ. Unᷣ clamat propheta Isa. 1. Ue gẽti peccatrici: populo graui iniquitate: semini nequã: filijs sceleratis: Dereliquerunt dñm: blasfemauerũt sanctũ Israel: abalienati sunt retrorsum. Et ideo cõcludo ꝙ peccata mortalia nõ sunt paria: nec equalia: sed vnũ maius alio: vel minus: ƒm ꝙ inordinatio contingit circa maius vel minus objectum.

d Secundo principali: qd est declaratio: mouet talis questio. Que sunt illa per que vnum peccatum redditur alio grauius et maius. ¶ Rndeo sm Alex. de alis vbi s. et Sco. in 2. di. 21. q. 2. et Tho. 1a 2e. q. 73. articulis pluribus: qr pctm mortale redditur alio grauius et dānabilius ex plurimis rōnibus.

¶ Primo. Ex oppositione. Nā vt dicit s. Tho. 1a 2e. q. 73. ar. 4. Maius peccatū est: qd maiori opponit virtuti: et maximum: quod maxime virtuti cōtrariatur: quasi maxime ab ea distans in eodē genere. Et hec est ratio sm Phm in. 8. ethicorum dicentem: qr pessimū: optimo cōtrariū est. Optimū aūt in moralibus est maxima virtus: pessimū aūt est grauissimū peccatū: ergo maxie virtuti opponit grauissimum peccatū: Ubi aduerte: qr cū virtus et viciū siue peccatum sint cōtraria siue opposita: habēt fieri circa obiectū idē. Ut amor et odiū circa deū: vel circa Petrū: qui modo amatur et postmodū oditur: et tam virtus qz vicium speciē sortiuntur ex obiecto: et ideo si circa obiectū aliquod sit aliqua virtus magna: vicium oppositū eidē virtuti circa idē obiectū est magnū. Ut puta si amor quo diligo Petrum est virtus magna. Odium quo odio Petrū est viciū magnū. Si circa aliquod obiectū est virtus maxima: viciū eidē virtuti oppositū circa idē obiectū est maximū: vt puta. Si charitas q diligit deus est virtus maxima: odium quo odit deus est peccatum maximū: qr in eodem genere optimo opponit pessimum. Et quante grauitatis est virtus: tante malignitatis est oppositum peccatum. Et qr fides est virtus maxima: qr virtutū omniū fundamētū. Ideo infidelitas est peccatum maximū: qr tollit omnium virtutū fundamentū: vt dicit Alex. de alis in. 2. parte. q. 174. mem. 6. Quia et spes que est circa deū est virtus maxima: ita per oppositum desperatio est peccatū pessimū. Quia et charitas circa deū est prima virtutum. 1. Cor. 13. ita odiū dei charitati oppositum grauissimū est peccatorum. O qz graue peccatū est: a deo p infidelitatē alienari: in ydolatria: superstitione: incantatione. O qz graue peccatū est de diuina misericordia desperare: deum odire: maledicere: blasfemare. Maxima virtus est humilitas: quo ad seipsum: pessimū vicium opposita superbia. Maxima virtus est misericordia: quo ad proximum: grauissimum peccatum est opposita crudelitas.

¶ 2. Ex spiritualitate. Peccatū mortale vt dicit s. Tho. vbi supra. ar. 5. quanto spiritualius ceteris paribus tanto est grauius. Et huius pōt triplex ratio assignari. Prima ex parte subiecti. Nam peccata spiritualia pertinent ad spiritum: cuius est conuerti ad deū et ab eodē auerti. Peccata vero carnalia cōsumant in delectatione carnalis appetitus: ad quē principaliter prinet ad bonū corporale cōuerti. Et iō pctm carnale inqztū huiusmōi plus hz de cōuersione: pp qd et est maioris adhesionis. Sed peccatum spirituale plus hz de auersione ex qua procedit ratio culpe: et ideo peccatum spirituale inquatū huiusmodi est maioris culpe. ¶ 2. ex parte obiecti: siue eius in quē peccat. Nam pctz carnale inqztū huiusmōi: ē in corpus pprium: pctz āt spūale est i deū vel in pximū.

Minus

Minus aūt est diligēdū corpus nostrū ẜm ordinem charitatis ꝙ deus ꝛ proximus: ꝛ ideo peccata spiritualia que sunt in deū ꝛ in proximū maioris sunt culpe ꝙ pctā carnalia que sunt in corpus propriū. ℂ3.ex parte motiui. Quanto.n.grauius est impulsiuum ad peccandum tanto leuius ē pctm̄: ꝛ quāto leuius impulsiuū: tanto grauius est peccatū. Sed peccata carnalia habēt vehementius impulsiuū.s.ipsam cōcupiscentiā carnis nobis innatā: peccata vero spiritualia habēt minus impulsiuū: ideo peccata spiritualia sunt ceteris paribus maioris culpe. Et ideo grauius est pctm̄ inuidie: ꝛ odij cōtra proximū: detractio: discordia ꝛ huiusmodi ꝙ luxuria. Grauius est peccatū superbie: inobediētie. indeuotionis: blasfemie ꝛ maledictionis contra deum ꝙ pctm̄ luxurie in corpus propriū.

ℂ3.Ex voluntate. Sicut declarat. S. Tho.1ª2ᵉ.vbi.s̄.ar.6.pctm̄ tāto ē grauius quāto eius causa fuerit maior: qꝛ multiplicata causa multiplicat̄ effectus. Cā aūt propria ꝛ per se peccati ē ipsa volūtas peccādi: que comparat̄ ad actū peccati: sicut arbor ad fructū: vt dicitur in glo. super illud Math. 7. Non pōt arbor bona fructus malos facere: ꝛ ideo quanto huiusmodi causa fuerit maior: tanto peccatū erit grauius. Quanto.n. voluntas fuerit maior ad peccādū: tanto hō grauius peccat. Qui ergo effrenatā ꝛ magis intēsam volūtatē habēt peccādi ceteris paribus grauius peccant. Hac effrenata voluntate in Christi discipulos seuiebat Paulus Apostolus ante suam conuersionem de quo scribitur Act.8. Saulus vero deuastabat ecclesiam per domos intrans: ꝛ trahens viros ac mulieres tradebat in custodiam. ꝛ Act.9. Saulus autē adhuc spirās minarū ꝛ cedis in discipulos dn̄i: vsqꝫ in hierusalē. Hac effrenata ꝛ intensa voluntate peccandi efferebatur Rex Antiochus seuiens in iudeos de quo scribit̄.2. Macha. 9. Sup hoc autē Antiochus superbia repletus: ignem spirans animo in iudeos precepit accelerari negociuꝫ. Heu quot sunt tales ꝛ maxime partiales: qui effrenatissimā habent peccandi voluntatem: occidendi: vulnerandi: aut mutilandi inimicos suos. Heu quot sunt qui effrenatā habent voluntatē vituperādi: confundendi: deprimendi proximū suum: ꝛ quāto efficacior est malefaciendi voluntas: tanto grauius est peccatum.

ℂ4. Ex fine. Aduerte ẜ3.s.Tho.vbi supra: ꝙ quedam sunt cause peccati extrinsece ꝛ quasi remote: que non sunt ipsa voluntas: sed voluntatē ad peccandū inclinant: ꝛ harum causarum extrinsecarum: quedam inducunt voluntatem ad peccādū ẜm naturā ipsius voluntatis.s.ẜm naturā boni: voluntas enim respicit bonum quod amat: ꝛ sic finis: quod est proprium obiectum voluntatis inducit ipsam voluntatē ad peccandum. Ex tali ergo causa peccati.s.ex fine auget̄ ꝛ diminuitur peccatū. Nam si voluntas ad peccandum inclinatur ex aliquo malo fine: grauiter peccat: qꝛ cuius finis malus: ipsum quoqꝫ malū Si ex peiori fine ad peccandū inclinatur: grauius peccat: quia cuius finis peior ipsum quoqꝫ peius. Si ex pessimo fine peccat: grauissime ꝛ pessime peccat quia cuius finis pessi

mus: ipsum quoqꝫ pessimum. Ecce quis adulterium cõmittit: si hoc facit propter pecuniã: quã inde sperat grauiter peccat: qꝛ auarus est. Si ꝓpter carnis delectationẽ quam inde consequitur grauius peccat: qꝛ luxuriosus est. Si ꝓpter homicidiũ ꝑpetrandũ: qꝛ intẽdit maritũ adultere īterficere vel infamare: adhuc grauiꝰ peccat: qꝛ homicida ꝛ detractor est. Si pp aliquam superstitionẽ: vel in dei cõtemptum facit: grauissime peccat: qꝛ idolatra ꝛ proteruus est. Unde ex intentione vel ex fine peccati mẽsurat̃ grauitas eiusdẽ. Et ideo scribit̃ Math. 6. Si oculus tuus fuerit nequã: totum corpus tuũ tenebrosum erit. Si magis necꝫ magis: si maxime necꝫ: maxime.

C 5. Ex cõcupiscentia. Sanctus Tho. 1ª. 2ᵉ. q. 73. ar. 6. dicit ꝙ duplex ẽ concupiscẽtia. Una que ẽ quedã passio: que ẽ motus quidã vis concupiscibilis: ꝛ ista precedit iudiciũ rõnis ꝛ motũ volũtatis: ꝛ ista cõcupiscẽtia quãto est maior tãto diminuit peccatum: Qui. n. maiori concupiscẽtia stimulatus cadit: ex grauiori tentatione peccat: vñ minus ei imputat̃. Alia vero est cõcupiscẽtia que sequit̃ iudicium rõnis ꝛ motuꝫ voluntatis ꝛ includit ipsum motũ volũtatis: ita ꝙ ipsa cõcupiscentia est cognita ꝛ volita: ꝛ hoc mõ vbi ẽ maior cõcupiscẽtia: maius est peccatũ. Insurgit enim interdum maior concupiscentie motus ex hoc ꝙ voluntas effrenate tendit in suum obiectũ. Et hoc mõ plurimi grauissime peccãt: qui carnali cõcupiscentia inflãmati in vitiorũ ardore comburunt̃. Sic in luxurie peccato ꝛ cõcupiscẽtie ardore insaniuit Samaria. i. Dolla de qua scribit̃ Ezech. 23. Fornicata ẽ igit̃ super me Dolla ꝛ insaniuit in amatores suos in assyrios iuuenes cupidos: ꝛ dedit fornicationes suas super electos filios assyriorum vniuersos ꝛ in oĩbus in quos insaniuit: in immundicijs eoꝝ polluta est. Hec Samaria seculares figurat: qui cõcupiscẽtia inflãmati insaniũt in fornicationibus: adulterijs: stupris: incestibus. Sic cõcupiscẽtia inflammata fuit hierusalẽ siue Doliba: de qua scribit̃ ibidem: ꝙ cum vidisset soror eiꝰ Doliba: plusꝗ̃ illa insaniuit libidine ꝛ fornicationẽ suã super fornicationẽ sororis sue ad filios assyriorum prebuit impudẽter. Hec clerus prefigurat: qui cõcupiscẽtia inflãmatus nõ solũ fornicationes: sed stupra: sed sacrilegia: sed molliciẽ: sed sodomiã multiplicat ꝛ augmẽtat. O quãta concupiscentia. O quanta flãma.

C 6. Ex circũstãtia. Sicut dclarat phi losophus in. 2. Ethi. Ex quocũqꝫ aliquid natuꝫ ẽ causari: ex eodẽ natum est ꝛ augeri: sicut habitus qui ex actibus aptus est causari: ex eisdẽ natus est ꝛ augeri: sed pctm̃ causat̃ ex defectu alicuius circunstantie. Ex hoc. n. recedit quis ab ordine rõnis: quia in operãdo: nõ obseruat debitas circũstantias: ergo peccatuꝫ põt augeri per circũstãtiã. Et hoc quidẽ cõtingit tripliciter ꝑm S. Tho. 1ª. 2ᵉ. q. 73. ar. 7.

C Primo inquãtũ circũstãtia trãsfert in aliud genus peccati grauioris: sicut pctm̃ fornicationis consistit in hoc ꝙ homo accedit ad non suã. Si auteꝫ addat̃ hec circunstantia vt illa ad quam accedit sit alterius vxoris: trãsfert̃ iã in aliud genus peccati. s. in iniustitiã: inꝗ̃tũ hõ vsurpat rẽ alterius: ꝛ ꝑm hoc adulteriũ est grauius pctm̃ ꝗ̃ fornicatio: Similiter mẽdacium

cium aliquod e pctm veniale: si addat iuramentu fit periuriu et pctm mortale. ¶ 2. inquantu circustatia no trahit in aliud genus pcti: sed solum inquantu multiplicat rones peccati. Sicut si prodigus det qn no debet: aut lusor ludit qn no debet: peccat quidez. Si aut det cui no dz: aut ludat cu quo no debet: multiplicius peccat in eode genere pcti: et ex hoc ipso pctm fit grauius. Si aut det aut ludat in loco in quo non dz: adhuc multiplicius peccat in eode genere peccati. Sicut etia corporis egritudo e grauior: que plures ptes corporis inficit. ¶ 3. inquantu circustatia auget deformitate peccati: sicut accipere alienu ostituit peccatu furti. Si aut addatur hec circustantia: vt multuz accipiat de alieno: erit peccatu grauius. Similiter siqs vnu peccatu mortale proximi occultu ppalet: peccat detrahendo. Si vero duo reuelet: graui9 peccat. Si vero tria: adhuc grauius peccat in eodem genere peccati. Heu heu quatuz aggrauatur peccata per hanc triplice occurrentem circustantiam.

¶ 7. Ex nocumento. Peccatu plurib9 modis ex nocumento illato vel intento aggrauari potest: sicut declarat. S. Tho. 1a. 2e. q. 73. ar. 8. ¶ Primo ex nocumento preuiso et intento: sicut cu aliquis aliquid operat animo nocendi alteri vt homicida vel fur: et tunc qz nocumentu est per se obiectu pcti: quatitas nocumenti directe adauget quatitate peccati: ita q si nocumentum intentum est magnum: peccatuz est magnuz: si maius maius. ¶ 2. ex nocumento preuiso: sed non intento: sicut si aliquis vt compendiosius vadat ad fornicadu vel furadu: trasiens per agru proximi infert nocumentu hiis que sunt seminata in agro scienter: licet non animo nocendi: Et hoc modo quatitas nocumenti aggrauat peccatu sed indirrecte: inquantu. s. ex voluntate multu inclinata ad peccandu procedit: q aliquis non pretermittat facere damnum proximo suo: quod simpliciter no vellet: et sic quanto grauius et maius est illatuz damnu: licet no intentu: tanto grauius et maius e peccatu. ¶ 3. Ex nocumento nec preuiso nec intento sed per se cosequente ad pctm. Quecuq. n. per se cosequutur ad peccatuz: pertinent quodammodo ad ipsam peccati specie. Puta si aliquis publice fornicetur vel furetur: si per hoc sequat scadalu plurimoz licet ipse no intedat nec preuideat hoc scadalu: directe tn per hoc scandalu aggrauat peccatum: et quato maius exinde oritur scadalu: tanto grauius est peccatu. ¶ 4. Ex nocumento non preuiso nec intento: sed per accidens consequente ad ipsum peccatu: et tuc qz peccado dabat opera rei illicite ex tali nocumento peccatuz aggrauat: et hoc pp negligentia cosiderandi nocumeta: que seq potuissent: et io si grauius sequitur nocumentum: licet no preuisum nec intentum grauius est pctm: quia imputant homini ad pena mala: que eueniut preter eius intetionem si illicite rei opera dabat. Et aduerte q nocumentu scienter illatum tribus modis potest intendi: vt dicit. S. Tho. vbi supra. ¶ Primo in proximum: et quanto quis maius nocumentum proximo intendit inferre: tanto grauius peccat: si sit nocumentum in substantia temporali: siue in fama: siue in persona coniucta: siue in persona propria. Unde et in veteri lege pro maiori nocumento

proximo illato maior pena iniūgebatur: dicente dño. Exo.21. Reddet aiam pro aia: oculū p oculo: dentē p dente: manum p manu: pedē pro pede: adustionē p adustione: vulnus p vulnere: liuorē p liuore. ¶2. In ipsum. Sic aliquis quãq sibi scienter et voluntarie infert nocumētū: sicut patet i his qui se interimunt: licet finaliter hoc referant ad aliquod apparens bonum: puta ad hoc q liberent ab aliqua angustia: et istud peccatū est grauius q̃ inferre nocumentū in pximū: qz maior inordinatio inuenitur in peccatis: que sunt cōtra seipsum q̃ in peccatis que sunt cōtra pximū. ¶3. In deuz. Et licet deo nullus possit nocere q̃tū ad eius substantiā: pōt tñ quis nocumentū attentare in his que dei sunt: sicut qui tentant violare sacramenta: extirpare fidē catholicā: que sunt peccata grauissima: qz maior inordinatio inuenitur in his que sunt cōtra deū: q̃ in his que sunt cōtra pximū: et cōtra seipsuz. Heu quot sunt tales: qui tentant violare sacramenta ad luxuriandū: quot sunt qui tentant euertere fidē: Judei: Turchi: pessimi christiani inducēdo ad cultū demoniorum: ad ydolatriā: ad superstitiones: ad diuinationes.

¶8. Ex Scādalo. Peccatuz quod ex sui natura alteri esset equale ex scādalo sequente aggrauat: et ex maiori scādalo magis aggrauat. Et de hoc ponamus exemplū. Si sit vnus ydiota et simplex: qui deū blasfemet. Si episcopus eodē modo blasfemet pper malū exemplū siue scandalū: grauius erit episcopi peccatū: vt dicit s. Tho. 1a2e. q.37. ar.x. qz vt Greg. dicit i pastorali. In exemplū culpa vehemēter extenditur: qñ p reuerentia gradus peccator honorat. Ad plurium .n. notitiā perueniunt peccata maiorum: et magis homines ea indigne ferunt: et ex eis magis scandalizãtur. Unde grauiora sunt peccata maiorum ex maiori scandalo quod ex illis generatur. Unde clamat Poeta.

Oē animi viciū: tanto cōspectius in se
Crimen hz: q̃to maior q̃ peccat hētur.

Heu quot sūt tales: qui suo malo exēplo vniuersum corrūpunt. Parētes suis vsuris: et partialitatibus filios puertunt. Matres suis lasciuis ornamentis et suis pompis filias intoxicant. Senes sua loquacitate et inuidia iuuētutē destruūt. Sacerdotes et clerici suis simonijs et sodomijs: populos inficiunt. Religiosi suis dissensionibus: suis carnalitatib9: suis apostasijs secularium personarum brachia frangunt. Habētes curā aiarum ob suā ignauiā scandalizant cupidos salutis. Principes temporales cū sua tyrannide: cū suis oppressionibus: cū suis pompis: cū suis iniustis bellis: cū sua voracitate: et cū sua carnalitate totuz populū christianū ad interitū perducunt: et qz horum prelatorum peccata sunt rōne scandali grauiora: grauiori tormēto in inferno cruciabunt. Uñ scribitur Sap.6. Judiciū durissimū in his qui presunt fiet. Exiguo .n. conceditur misericordia: potentes aūt potenter tormenta patientur.

De tertio principali: qd est Conclusio. ¶Notādū q sicut dicit s. Tho. 1a2e. q.75. ar.9. fines principales humanorum actuū sūt tres. videlicet deus: ipē homo: et pximus. Quicquid .n. facimus propter aliqd horum facimus: quãuis et horum trium vnum

vnum sub altero ordinet. Et sic possumus dicere: q quicquid cogitamus: quicquid loquimur pp vnu bor triu loquimur: et cogitamus: pot g ex parte bor triu cosiderari maior vel minor grauitas in peccato: s3 coditione finis vel psone in qua peccatur. Cu.n. finis nobilior sit bis: que sunt ad fine: ea que fini ppinquiora sunt nobiliora et digniora erunt. Et ideo peccatu tanto erit grauius: quato res offensa dignior erit: et fini ppinquior. Uñ alique coclusiones ordinate ponentur ex parte bor triu finium. ¶ Primo Ex parte pximi nostri. ¶ 2. Ex parte suiipsius. ¶ 3. Ex parte dei.

¶ In primo mysterio.21. effectus malos.

¶ In.2. mysterio.21. effectus peiores.

¶ In.3. mysterio.21. effectus pessimos.

In primo mysterio mali pecca ti effectus considerandi sunt.

¶ Sicut enim ex litteris sacris: ex tota theologorum schola colligitur ex originali et mortali peccato tam angelorum tum etiam hominum: mali effectus plurimi consecuti sunt: quorum.

¶ Primus est celestis ruina. Sicut declarat Alex. de alis in. 2. parte. q. 116 memb. 3. quia Lucifer et angeli eius peccauerunt in celo ideo de celo eiecti sunt: unde dicitur Isa. 14. Quomodo cecidisti de celo Lucifer: detracta est ad inferos superbia tua? et Luc. 10. Uidebam Sathanam sicut fulgur de celo cadentem: ubi dicit Lyra. Quod elatio siue superbia Sathane fuit causa sui casus: et Apoc. 12 Proiectus est draco ille magnus serpens antiquus: qui vocatur diabolus et Sathanas: et proiectus est in terram: et angeli eius cum illo missi sunt: neque locus inuentus est eorum amplius in celo: et sic per peccatum perditur locus optimus et perpetuus siue eternus.

¶ 2. est paradisi expulsio. Sicut enim declarat Alex. de alis in. 2. parte. q. 58 ar. siue membro. 2. et. 3. circa finem. Quam cito homo appetiit non esse sub dominio dei: tam cito meruit expelli a paradiso: et quia perdidit innocentiam: meruit perdere lignum vite: et sic expelli a paradiso terrestri. Unde scribitur Gen. 3. Emisit eum dominus de paradiso voluptatis. Et sic per peccatum perditur locus bonus et temporalis.

¶ 3. Maledicte terre incolatus: Secundum Alex. de alis in. 2. parte. q. 51. membro. 3. et sunt verba Aug. contra manicheos. Per peccatum hominis terra maledicta est: vt spinas pareret: non vt ipsa penas sentiret: que sine sensu est: sed vt peccati humani crimen semper hominibus ante oculos poneret. Herbe autem venenose ad penam vel ad exercitium mortalium create sunt: et hoc totum propter peccatum: et in istam terram sic maledictam per peccatum homo ad habitandum proiectus est Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue: et sic per peccatum acquiritur locus malus et temporalis.

¶ 4. Infernalis habitatio. Sicut declarat Alexan. de alis in. 2. parte. q. 16. Pena assignata angelis pro suo peccato est habitatio in igne infernali. Unde Isa. 14. Uerumtamen ad infernum detraheris in profundum laci: et pena assignata malis hominibus pro peccato suo est habitatio in igne infernali: dicente Veritate Mat. 25. Ite maledicti in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius: et sic per peccatum acquiritur locus pessimus et eternus.

¶ 5. Perpetua inimicitia. Per peccatum inter diabolum et deum siue Christum: et inter filios diaboli et filios Christi constituta est perpetua: et implacabilis inimicitia. Unde post peccatum Ade dixit deus ad serpentem Gen. 3. Inimicitias ponam inter te. s. diabolum et mulierem. i. Mariam. et semen tuum. s. angelos malos: et semen illius. i. Christum et christianos. Et Mat. 13. Diabolus vocatur inimicus dei: qui in eius agro zizaniam seminauit. O quam terribilis est iste peccati effectus et pauendus: quam maledictus et abbominandus.

¶ 6. Consortium peccatorum. Per peccatum homo eiectus de paradiso in quo angelorum consortium habebat: adeptus est consortium peccatorum: qui vel spiritualiter vel corporaliter molestant. Unde scribitur Job. 30. Frater fui draconum: et socius strucionum: et Ber. Pro consortio angelorum

angelorum fortitus est bô cõsortiũ pec catorum. O quam difficile ẽ sine offensione & querella habitare ĩ medio nationis praue & puerse: ad Phil. 2. cũ scriptũ sit in ps. 17. Cũ puerso puerteris.

¶ 7. miseriarũ circundatio. Per pecca tũ homo miserijs infinitis vndiq3 cir cũcingitur: qui ĩsine peccato nullã mi seriã expertus fuisset. Uñ. s. Tho. in q. prima de malo ar. 4. dicit. Dẽt aũt hoc traditio fidei: q nullũ nocumẽtũ creatura rõnalis potuisset incurrere: neq3 quantũ ad animã: neq3 quantũ ad cor pus: neq3 quantũ ad aliqua exteriora: ni si peccato pcedente vel in persona vel saltẽ in natura. Et ideo mulieri post pc̃m dictũ est Gen. 3. Multiplicabo erũnas tuas: & Job. 14. Homo natus de muliere: breui viuens tẽpore: replet multis miserijs. Heu quot mis[er]ie.

¶ 8. paupertas. Per pc̃m orta est in ter hoẽs paupertas quo ad bona tẽ poralia: si. n. perseuerasset in inocẽtia: nihil ei defuisset. Nã vt dicit Alex. de alis in. 2. parte. q. 58. mem. 3. In para diso de⁹ tria lignorum gñra pduxerat: vnũ respiciebat sustentationẽ corpo ris Gen. 1. Produxit dñs deus de hu mo oẽ lignũ pulchrũ visu & ad vescẽ dũ suaue: aliud ĩmortalitatẽ cõiuncti Gen. 1. Lignum ẽt vite in medio para disi: tertiũ ad pbationẽ obedĩẽtie ex parte aĩe Gen. 1. Lignũ quoq3 sciẽtie boni & mali. Et sic permanens homo in ĩnocentia omnẽ defectũ & paupta tẽ ignorasset: sed p peccatũ incurrit tẽ poraliũ rerum penuriã. Uñ post peccatũ dictũ est homini Gen. 3. Quis indi cauit tibi: q nudus esses: nisi q ex li gno de quo preceperã tibi ne comede res comedisti? Ecce q̃ño post pc̃m nuditatẽ suã cognouit homo.

¶ 9. dedecus. Sicut declarat Aug. 12. d̃ trini. c. 4. Et Sco. in p di 3. q. 9. Cũ homo peccãdo inordinate ad creatu rã cõuertit: perdit vel deturpat ima ginẽ dei: & assumit imaginẽ iumento rũ. Unde clamat Propheta in ps. 48. Homo cũ in honore esset: nõ intelle xit: cõparatus est iumentis insipien tibus: & similis factus est illis. O quam horribilis peccati effectus ẽ iste: fieri sicut pecus bestialem.

¶ x. seruitus. Sicut declarat Alex. de alis in. 2. parte. q. 112. mem. 4. In ma lis hoibus rõne malicie cõcediĩ dia bolo potestas: a quo. n. quis supera tus est: eius & seruus est. 2. petri. 2. s3 hoc nõ est: q2 diabolus meruit hãc po testatẽ sibi dari: sed hoc est: q2 pecca tor meruit ei subijci tanq̃ tortori: hec Alex. Et sic p peccatũ incurrit homo seruitutẽ diaboli: seruitutẽ hoĩs alte rius: & seruitutẽ peccati. Jo. 8. Ois qui facit peccatum: seruus est peccati. Heu quam durus ẽ hic peccati effectus. Cogita modo quot sunt in mũdo ser uitutes: q̃t vincula: quot carceres.

¶ xi. vilitas. Homo p peccatũ nõ solũ cõparatus est iumentis irrõnalibus: sed vilior illis factus est: nõ quãtũ ad cõditionẽ nature: sed q2 illa seruaue runt statũ suũ: quod non fecit hõ vel diabolus: vt dicit Lyra super Gen. 3. vbi aĩantia terre preponunĩ diabolo: cũ ei dicitur. Maledictus es inter oĩa aĩantia & bestias terre. i. plus quam aĩantia terre: & hec est magna pena superbo: vt ei vilia & inferiora preponãtur. De hac hoĩs vilitate dr̃ Jere. 2. Quã vi lis facta es nimis iterans vias tuas: & cõfunderis ab egipto.

¶ 12. amissio dñij oĩu3. Sic dicit Alex de alis in. 2. parte. q. 99. memb. 2. & 3.

Primus homo ante peccatū dominiū habuit vniuerse creature: omniū videlicet animaliū: et et rex insensibiliū: sed p peccatū dominiū illud amisit. Uñ Glo. s illud Gen.1. Dominamini piscibus maris: ait: Postq̄ conditori subiectus esse noluit: iure dominiū pdidit. Et huius dñij amissio designatur cū dr Gen.3. Spinas et tribulos germinabit tibi .s. terra: cū operatus fueris eam. Et si hō aliqd dominium habet: hoc est cum violentia ex parte sua: et cum renitentia ex parte subiectorum.

¶13. pacifice societatis priuatio. Ante peccatum oia erant homini pacifica: aīalia videlicet bruta et oia insensibilia. Uñ dicit Sco. in.2.di.19. Qr homo a nullo aīali recepisset nocumētū stante statu inocentie: qz oia animalia fuissent hoi mitia et amicabilia: vel saltem nō inimica: et hoc iuste: qz vt scribitur in ps 118. Pax multa diligentibus legē tuā: sed per peccatum priuatus est pacifica societate: qz scribitur Isa.57. Non est pax impijs dicit dominus deus. Et sic miser hō p peccatū semp est in litigijs modo cū patre: modo cum matre: modo cum fratribus: modo cum amicis: modo cum domesticis: mō cū extraneis.

¶14. mutue inocentie violatio. Sicut declarat Sco. in. di.19. Stāte statu innocentie vniuersalis in omnibus hominibus: nullus alteri nocumentū intulisset: sed post peccatū ceperunt homines violētias et iniurias irrogare. Uñ et Chaym fratrem suū Abel interfecit. Gen.4. Heu me quis crederе posset quot iniurias: quot cōuicia: quot v̄bera: quot vulnera: quot mortes sibi inuicē hoies ingerūt p pctā.

¶15. infirmitas in carne. Sicut declarat Magister sententiarū in.2.di.25. Homo añ peccatū omni carebat miseria: et nulla tangebat molestia: nullā.n. in suo corpore ifirmitatē passus fuisset: sed p peccatū inumeras incurrit infirmitates. Unde Propheta in ps.37. ingemiscit dicens. Nō est sanitas in carne mea a facie ire tue: nō est pax ossibus meis a facie peccatorum meorū. Heu qnot infirmitates: quis enumeret.

¶16. imbecillitas in mente. Sicut declarat Magister sentētiarū l.2.d.26. circa finē. Ante peccatū nulla erat homini difficultas ad bonū: nullūq; impedimentū de lege membrorū ad bonum: nulla impulsio vel instigatio ad malum: sed post peccatum factus est hō infirmius siue imbecillis et debilis ad operandū bonū: et ad resistendum malo: cū difficultate.n. operatur bonū: et cū difficultate resistit malo. Uñ Paulus.1.Cor.xi. Ideo iter vos multi infirmi et inbecilles. Et Hieronimus. Nihil imbecillius eo: qui a carne vincitur. Quā multiplex et q̄ intensa sit ista imbecillitas in humana mente: experientia manifestat.

¶17. deformitas. Ante peccatū conditus fuit hō a deo in pulcherrima forma corporali. Gen.1. Sed per peccatū humana pulchritudo est plurimū de deformata. Sicut.n. declarat Alex. d alis in.2.parte.q.83. memb.3. circa finem. Propter peccatū: qd est anime deordinatio: homines deformes et in corpore mōstruosi nascunt: et hoc facit diuina iustitia: vt in penā deordinationis et deformationis culpe hō deordinationē et deformationē icurrat in corpore. Heu q̄ durus est hic pctī effectus

cogita modo q̄ penale sit esse cecū claudū: monstruosum: deformem & male formatum.

¶ 18. Ignobilitas. Ante petm̄ primus homo contemplator erat diuine maiestatis: clari⁹ cognoscēs deū q̄ modo cognoscat tota militans ecclesia: vt dicit Alex. de alis in. 2. parte. q. 98. mēb. 2. ar. 1. Sed post petm̄ factus ē agricola Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue. O q̄ igno miniosus & laboriosus est iste pecca ti effectus. omni anno unno cōtinue arare & inuertere terram.

¶ 19. Uite breuitas. Sicut determinat tota theologoꝝ schola in. 2. sentē tiarū pp peccatū primi parentis abbreuiata est hominū vita: aliqui enī ante partū moriunt: aliqui ex infirmi tate: aliqui ex morte violenta: q2 scri bitur in ps. 54. Uiri sanguinū & dolosi non dimidiabūt dies suos: quod nō accidisset si peccatū non pcessisset: vt dicit Sco. in. 2. di. 19. Sed pp peccatū clamat Job. c. 14. Homo natus de muliere: breui viuens tēpore. Et Jacobus. 4. Que est. n. vita vestra? vapor est ad modicum parens. O q̄ amarus ē iste peccati effectus: in pue ris: in iuuenibus: in adolescentulis: qui tam cito moriuntur.

¶ 20. Mortalitas. Sicut determinat Mgr̄ in. 2. di. 19. & Alex. de alis in. 2. parte. q. 121. propter primi hoīs petm̄ inducta est moriēdi necessitas in oēs hoīes: ad Ro. 5. Sicut per vnū hominem in hunc mūdū intrauit peccatū: & per peccatū mors: ita in oēs hoīes mors pertransijt. Uñ dictū fuit primo homini Gen. 2. In quacunq̄ die comederis ex eo: morte morieris. i. moriendi necessitatē incurres. O q̄ acerbus & durus est hic peccati effectus: propter peccatū primi hominis: sicut scribitur. 2. Re. 14. Oēs morimur. & quasi aque dilabimur super terram: que non reuertuntur.

¶ 21. Corruptibilitas. Sic dicit Alex. de alis i. 2. pte. q. 121. mēb. x. §. v. Incineratio corpoꝝ mortuoꝝ primi pec cati pena est: & si aliqua sanctoꝝ corpora ab incineratione preseruantur: hoc specialis gratie est: Christus aūt ipse: licet ad nostram redemptionē mortē assumpserit: non tamen carnis corruptionē siue incinerationē: sm illud ps. 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionē: q2 hoc est ipsius speciale priuilegiū. Christo igi tur & virgine excepta ,pbabiliter credi potest: q̄ oēs alij in cinerē cōuertē tur: q2 dixit deus homini post peccatum. Gen. 3. Puluis es & in puluerē reuerteris. O q̄ horribilis ē hic pec ti effect⁹: q̄ horrēdus: q̄ miserādus

In secūdo mysterio. 21. peccati effectus adhuc deteriores cōsiderare occurrit. ¶ Sicut declarāt diuine littere cū tota theologoꝝ schola: petm̄ pmi parētis adhuc peiores parturiuit effectus. quoꝝ.

¶ Primus est miseria famis. Est aūt fames sm Philosophū lib. 2. de animalibus cō. 28. Concupiscentia siue appetitus calidi & sicci. Si peccatum nō precessisset nullus hoīꝫ fame cru ciatus aut mortuus fuisset: q2 produ xerat dñs deus omne lignū pulchrū visu: & ad vescēdū suaue. Gen. p. S3 ex culpa primi hoīs factū est vt esuriam⁹. di. 5. c. Ad eius. propter primi parentis peccatum: quot pauperes: quot incarcerati fame cruciant: quot

moriuntur. Clamat filius prodigus. Luc. 15. Ego aût hic fame pereo.
¶ 2. miseria sitis. Est autem sitis fm Philosophû in. 2. lib. de animalibus co. 28. côcupiscentia frigidi & humidi Si peccatum nô precessisset sitis nul lo mô hoiem cruciasset: sed ob pecca tû siti plurimi cruciâtur: aut moriû tur. Judic. 15. En siti morior.
¶ 3. miseria frigoris. Causa qua sem per est frigus apud nos est ex propin quitate duorum elemêtorû frigido rum: terre vz & aque: vt dicit Philo sophus in lib. de proprietatibus ele mentorû capitulo. 3. Et sicut motus generat caliditatem: ita quies frigidi tatem: vt dicit ibidem. Si peccatum non fuisset: nullam frigoris miseriaz homo sensisset: quia fuissent in terre stri paradiso: vbi est aer temperatissi mus: vt dicit Sco. in. 2. di. 19. Sed p peccatuz quot frigore affligantur: quot crucientur: quot moriâtur: quis enar ret: ps. 147. Ante faciem frigoris e ius quis sustinebit?
¶ 4. miseria estus. Causa caliditatis intense est habitatio primi climatis fm Philosophum in libro de pro prietatibus elementorum. cap. 4. Et velox & satis propinqua solis latio: vt dicit idem Philosophus in lib. 1. Metheor. circa prin. Si primus pa rens non peccasset: nullum intempe ratum estum homo passus fuisset: qz vt dicit Scotus in. 2. di. 19. In pa radiso terrestri erat aer temperatissi mus: sed propter peccatuz: quot in temperato cruciantur estu: vel labo rando: vel itinerando: vel a sole vel ab igne Gen. 31. Estu vrebar & gelu.
¶ 5. exilii peregrinatio. Propter pecca tum tota humana natura in hac ani malium irrationabilium habitatio ne quasi in terra aliena peregrinatur: & est extra terrestrez paradisum: que erat locus conueniens humane habi tationi: vt dicit Scotus in. 2. di. 17. q. 2. Unde Paulus. 2. ad Cor. 5. Dum sumus in hoc corpore: peregrina mur a dño: & ad Hebr. 13. Nô enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futurâ inquirimus. Et ideo sicut peregrinus nunquam animo requiescit: sic nec in hac vita homo. Michee. 2. Surgite & ite: qz nô hêtis hic reqiez.
¶ 6. laboris perpessio. Sicut declarat Lyra super Gen. 2. & 3. Si homo pri mus in innocentia perstitisset: terra sponte sine humano cultu fructus cô uenictes in abûdâtia protulisset: & ho mo non laborasset opere laborioso: sed labore aliquo delectabili & recre atiuo ad sue virtutis exercitiû & ex perientiam: sed ob peccatû innume ris laboribus aggrauatur. Unde di cit Gen. 3. in laboribus comedes ex ea. Heu quot labores ob primi homi nis peccatum: quot sudores. Job. 5. Homo nascitur ad laborem.
¶ 7. animi perturbatio. Si peccatum non precessisset: nullam homo animi perturbationem passus fuisset: sed semper fuisset deliciosus: quia scribi tur prouer. 15. Secura mens quasi iu ge conuiuiû: sed per originale pecca tum secuta est animi perturbatio. Unde Adam post peccatuz erubuit: & vocem dei audiês timuit: & abscon dit se. Gen. 2. Et Propheta î ps. 47. Ipsi videntes sic admirati sunt: con turbati sunt: commoti sunt: tremor apprehendit eos. s. peccatores.
¶ 8. ignorantia. Sicut declarat Alex. de alis in. 2. parte. q. 98. Ante pecca tum primus homo omnium rerum perfectam notitiam habuit: sed pro

pter peccatum excecatus est eius intellectus et ignorantia circundatus est: que est defectus cognitionis debite: vt idem dicit ibidem.q.129.membro 2.ar.3.Vn Eccs.8.Intellexi q omnium operum dei nullam possit homo inuenire rationem eorum que fiunt sub sole:quanto plus laborauerit ad querendum:tanto minus inueniat.

¶ 9.error. Per originale peccatu humana natura incidit in errorem. Error aut vt dicit Alex.de alis in.2.parte.q.129.meb.3.est in assensu vel dissensu et opponit contrarie vel sciētie vel fidei cu vz vere fidei et sciētie dissentitur:et oppositis assentitur:quod est vitium:dicente Aug. Quis nisi errans malum neget: approbare falsa pro veris aut improbare vera pro falsis: aut habere certa pro incertis. Heu quot errores ob peccatum.

¶ 10. Rebellio carnis et mundi. Sicut declarat Lyra super Gen.2. Cuz anima Ade per peccatu deo inobediens et rebellis fuit caro ipsi aie rebellauit: vn statim sibi fecerut perizomata ad cooperiendam membrorum turpitudinem. Unde ad Romanos.7. Uideo aliam lege in membris meis repugnantem legi mentis mee et captiuantem me in lege peccati. O q terribilis est ista rebellio.

¶ 11. conflictus cum diabolo. Ob peccatum primi hominis ortuz est prelium inter homines et demones implacabile. Gen.3. Ponam inimicitias inter te.s.diabolum et muliere idest ecclesiam:et semen tuum et semen illius. De isto conflictu ait Paulus ad Ephe.6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem: sed aduersus pncipes et potestates. Heu q durus est iste conflictus.

¶ 12. Duplicitas cordis: oris et operis. Si peccatum non precessisset homo et animo et vbo et opere simplex fuisset:sed ob peccatum duplicitatez incurrit. ¶ Primo cordis vel animi nunc deo:nunc mundo:nuc diabolo adherendo. Jaco.4. Purificate corda duplices animo. ¶ 2.oris pe. Loquuntur pacem cu proximo suo: mala aut in cordibus eorum. ¶ 3.operis Mat.23. Ueh vobis hypocrite qui mudatis:qd d foris e. Heu qta duplicitas i vniuersa: corde:i ore:i ope

¶ 13.met°. Sic declarat Alex.de alis in.2.parte.q.175.meb.4. Si ho stetisset i statu nature institute: no timeret aliqua secularis potestas timore naturali:sed post nam lapsam p pcez hn timedi sc seculares principes. Un Ecci.34. Qui timet dnz:nihil trepidabit. Et io A da p° pcz comissuz timere cepit dices Gn.3. Uoce tua dne audiui in paradiso:et timui. An vero pctm mulier vides serpente et cu eo loques nec timuit:nec fugit Gen.3. Propter pctm ho oia timet:deu demonem:ignem:homines:fulgura.

¶ 14.instabilitas. Sic declarat Alex. de alis in.2.parte.q.89.meb.4. Primus homo coditus fuit in quadam stabilitate nature oio sine necessitate vel dispositione vel inclinatioe ad defectu senectutis: et sic semper stabilis fuisset quo ad corpus: et quo ad mentem siue anima semp stabilis fuisset: qz deo obediedo adhesisset: sed per peccatuz instabilis e quo ad corpus: quia modo sanu:mo infirmu:mo forte mo debile corp° hz: et quo ad aiam qz mo gaudet:mo tristat:mo deo:mo mundo adheret. Jo dr Job.14. Homo natus de muliere nuq in eode statu permanet.

¶15.originalis peccati cōtractio. Sicut declarat Sco.in.2.di.31. Propter peccatū ipsius Ade: quilibet concupiscibiliter propagatus ab eo: q2 naturalis filius Ade: peccatū originale contrahit. Ad Ro.5. Per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi: et ppha in ps.50. Ecce.n. in iniquitatibus conceptus sum: et in pctis cōcepit me mater mea. O terribile malum.

¶16.originalis iustitie carentia. Sicut declarat Sco.in.2.di.30. Quilibet seminaliter ppagatus ab Adā est originali iustitia priuatus: quā tñ tenet habere: q2 eam accepit in primo parēte. Uñ primi parentes post peccatum cognouerunt se esse nudos pp originalis iustitie amissionē: Gen.3. O q̄ terribile damnū amisisse frenū oīu3 malorū et radicē omniū bonorū.

¶17.cōcupiscentia. Sic declarat Alex. de alis in.2.parte.q.ciij.mem.3.ar.4. Est in nobis mala cōcupiscentia: que nō est in nobis permittenda regnare: sunt et eius desideria: que sunt actuales cōcupiscentie: que sunt arma diaboli: vt dic Glo. sup illō Ro.6. Neq3 exhibeatis mēbra vr̃a arma iniquitatis pctō: et hec cōcupiscētia est pena originalis peccati. Uñ Pau.ad Gal.5. Caro cōcupiscit aduersus spūm. O q̄ terribilis et periculosus est iste peccati effectus.

¶18.carnis feditas. Sicut.n.declarat s.Bona.in.2.di.31.ar.2.q.1.et.3. Caro filiorū p cōcupiscētiam parentū libidinosam generata cū cōcipitur: contrahit quandā feditatē: que est causa originalis peccati in filijs: q2.n.vis generatiua parētū est īfecta et corrupta: ideo et filij carnis feditatē inde contrahūt: et vocatur vitiū vel corruptio carnis: vnde Propheta in ps.37. Nō est sanitas in carne mea.

¶19.pronitas ad malum. Sicut dicit Alex. de alis in.2.parte.q.ciij.mem.3.ar.4. Ex peccato mortalis trāsgressionis puenit cōcupiscentia apparētis delectabilis: et pnitas ad aliud peccatū vel eiusdē generis vel alterius: qd est sequella precedētis peccati. De ista pronitate hr̃.22.q.1. Omnis etas ab adolescētia in malū prona est. Et.20.q.3. Proclinus aūt cursus est ad voluptatē et imitatrix natura vitiorū. Et Gen.8. Sensus.n.et cogitatio humani cordis in malū pna sunt ab adolescētia sua.

¶20.insufficientia boni. Natura nostra per peccatū corrupta insufficiens est ex se ad bonū peragendū: nisi dei gr̃a adiuuet: put declarat.s. Bona. in.2.di.28.ar.2.q.3. Uñ Paulus.2. Cor.3. Non q2 sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nr̃a ex deo est.

¶21.peccādi necessitas. Magister sententiarū in.2.di.25 dicit: q2 in statu nature lapse: post peccatū originale anq̄ homo p gratiā resurgat: necessitatem habet peccādi mortaliter: postq̄ vero per gratiā resurrexit: necessario peccat venialiter. Unde Jo.1. Si dixerimus: q2 peccatū nō hēmus: ipsi nos seducimus. O q̄ horridus ē iste peccati effectus: Christus vero et Uirgo Maria originale non contraxerunt: ideo peccandi necessitatem non habuerunt.

In tertio mysterio principali restat videre.21. peccati effectus pessimos. Quorum.

¶ Primus est auersio a creatore. Sicut

cut dicit Sco.in.2.di.35. In omni pec cato mortali est formalis vel virtualis auersio a creatore. Et sic p peccatū aīa a sūmo bono separaī. Unde dicit Iere.2. Arguet te malicia tua & auersio tua increpabit te.

¶ 2. cōuersio ad creaturā. Sicut dicit s. Bona.in.2.di.42.q.vltima. In oī peccato est cōuersio ad creaturā: que nō est culpa: nisi qr inordinata: nec est inordinata nisi qr auertitur hō a deo: cui tanquā vltimo fini inherere deberet. Uñ ps. Oculos suos statuerūt declinare in terram.

¶ 3. conscientie infestatio. Sicut dicit Sco.in.2.di.39. Cōscientia & synderesis remurmurāt cōtra malū: dum ostendunt bonū esse volendū. Isa.vltimo. Uermis eoꝝ nō morietur.

¶ 4. diuinarum imitationū priuatio. Aīa rōnalis p mortale peccatū perdit diuinas imitationes: & assumit diabolicas: qr a deo elongaī: & diabolo appinquat: & sic de spōsa Christi fit adultera diaboli. Uñ dicitur Isa.1. Quo modo facta est meretrix ciuitas fidelis: plena iudicij. Et Hier.3. Tu autem fornicata es.

¶ 5. diuinoꝝ radioꝝ repercussio. Sic declarat Sco.in.2.di.35. Peccatū de meritorie repellit radios & grē diuine lumen: & facit hominem tenebrosum Matth.6. Si oculus tuus neqȝ fuerit: ēt corpus tuū tenebrosum erit: & Io.3. Oīs qui male agit: odit lucē.

¶ 6. diuinoꝝ donoꝝ spoliatio. Secundū ꝙ declarat Alex de alis in.2.parte.q.101.mem.2. Peccatū mortale qd opponitur grē: auferendo gratiā: cōsequenter aufert oēm virtutē gratuitam vniuersaliter: qr omnes virtutes gratuite in ipsa gratia gratū faciēte cōnexe sunt. Uñ scribitur Luc.x. Homo quidā incidit in latrones: qui dispoliauerunt eum.

¶ 7. viliū figuraꝝ inductio. Secundū ꝙ aīa inordinate bona temporalia diligit: eisdē p amorē cōiungitur: & in eadē transformaī: qr dicit Aug. Si terrā diligis terra es: & ideo quot peccata cōmittit tot vilissimas in se figuras inducit: vel luxurie vel auaritie: vel superbie. Uñ scribit Tre.4. Denigrata ē sup carbones facies tua.

¶ 8. gratie gratū facientis subtractio. Sic declarat s. Tho.2ª2ᵉ.q.59.ar.4. Peccatū mortale est illud qd contrariatur charitati: p quā est aīe vita. Charitas aūt idē est quod gratia gratū faciens: vt dicit Sco.in.2.di.27. O ꝙ terribilis iste pcī effectus.

¶ 9. meriti precedentis mortificatio. Sic declarāt omnes theologi. Sco. Tho. Alex. p peccatū mortale merita nostra precedētia & in celo nobis asscripta mortificantur: ita ꝙ stante peccato: nunqȝ reuiuiscunt: nunqȝ nobis restituuntur. Iere.2. Uide qr malū & amaꝝ est reliquisse te dīm deū tuū. Ezech.18. Si auerterit se iust⁹ a iustitia sua: oēs iustitie eius quas fecerat: non recordabuntur.

¶ x. sanguinis redimentis frustratio. Propter peccatum sanguis Christi: qui nos redemit Apoc.1. nihil pficit ad salutē: si in peccato quis moriaī: vt habeī a Sco.in.4.di.21.q. prima. vñ in pctō moriētes dicere possunt illud Matth.27. Sanguis eius super nos & sup filios nostros.

¶ xi. dñi presidentis inimicatio. Sicut declarat Sco.in.4.di.2.q.1. Per peccatū mortale hō fit dei inimicus: & deus hoī peccatori irascitur: adeo ꝙ

hominē peccatorē odio hȝ. Sap.14. Odio sūt deo impius ⁊ ipietas eius. Unñ Pau.ad Ro.5. Cum inimici essemus: recōciliati sumus deo per mortē filij eius.

¶12. imaginis excellentis deformatio. Per peccatū quodāmodo delef: vel saltē deturpaf imago beatissime Trinitatis. Unñ de Lucifero dr Isa.14. Proiect⁹ es: quasi stirps inutilis: pollutus ⁊ devolutus ⁊ quasi cadauer putridū: ⁊ Ezech.28. In multitudine iniquitatū tuaꝝ polluisti sanctificationē tuā. Et de anima peccatrice scribitur Ezech.16. Abbominabilē fecisti decorē tuū.

¶13. liberi arbitrij debilitatio. Sic declarat Magister sentētiaꝝ l.2.di.25. Libeꝝ arbitriū p peccatū debilitatū ⁊ infirmatū est: adeo ꝙ nō pōt resistere peccato mortali ⁊ cōcupiscētie: nisi p diuinā gratiā reparef: ⁊ si p diuinā grām reparef: adhuc infirmitate tali premitur: vt peccatis venialibus resistere nō possit. Unde Pau.ad Ro.7. Nō.n. quod volo bonū hoc facio: sed quod nolo malū hoc ago.

¶14. eterni supplicij obligatio. Sicut dicit Magr sententiaꝝ in.2.di.42. Mortale peccatū est qȯ obligat eterne pene: ⁊ p quod homo mortē eternā meretur. Unde Ezech.18. Aia que peccauerit ipsa morietur. Et.1.Jo.5. Est peccatū ad mortē: non ꝓ illo dico vt roget quis.

¶15. filij dei crucifixio. Secundum ꝙ declarat Sco.in.4.dist.2.q.1. Propter peccatum abolendum Christus dei filius asperrimam crucis mortem sustinuit. Unde scribitur Isa.53. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras. O ꝙ̄ horrendū malū est peccatum propter quod deus crucifigitur.

¶16. marie matris dei cōtristatio. Secundū ꝙ coiter dicūt doctores: dolor virginis Marie ob mortem filij sui fuit imensus: cū dolor ex amore depēdeat. Unñ de ea dr Tre.2. Magna est velut mare cōtritio tua. Huius cōtristationis causa fuit peccatum.

¶17. bonoꝝ opeꝝ infructificatio. Sic declarat Sco.i quoli.q.17.ar.2. Per peccatū mortale: quod est in aīa: nihil valent ad vitā eternā opa bona: que in illo fiunt: qꝛ deus nihil acceptat: vt eterne vite meritoriū: nisi eliciatur a charitate in aīa existente. Unñ scribit Matth.7. Nō potest arbor mala bonos fructus facere.

¶18. ecclesiasticorum sacramētorum perditio. Propter peccatum mortale perditur fructus omnium sacramentorum ecclesie: siquis enim in peccato mortali existat: siue administret alijs ecclesie sacramenta: siue ab alijs ipse recipiat: semper mortaliter peccat: nisi forte in aliquo casu. De hoc vide Sco. in.4.di.4.q.5.⁊.di.9.q. vnica: ⁊ dist. 68.c.1.⁊.15.q.vltima.c.vltimo. De Consecra.di.2.c.quotidie. De tēporib⁹ ordi.c.fi. Unde.1.Cor.11. Qui manducat aut bibit indigne. ⁊c̄.

¶19. Christi ⁊ sanctoꝝ omniū excommunicatio. Propter peccatū mortale: quis ⁊ a Christo ⁊ ab oībus sanctis suis est excoīcatus. Ita ꝙ nō pōt indulgētias: que in ecclesia dantur recipere: aut participaf: qꝛ ille nō dātur nisi cōtritis ⁊ cōfessis: ⁊ sunt remissiones penaꝝ tm̄: nō culpaꝝ: vt dicūt s.Bona.⁊.s.Tho.in.4.di.20.

¶20. oīpotentis dei indignatio. Peccatum in tantū est horribile ⁊ pessimum:

mum: q͞ deum piissimū ad indignationem prouocat contra peccatores: nam intantum deus peccatoribus indignatur: q͞ eos terribiliter cruciat: et occidit: vt patet i sodomitis et alijs. Unde scribitur Tre.2. Effudit quasi ignē indignationem suam. O q͞ terribilis indignatio.

¶ 2i. demonum iurisditio. Sicut declarāt doctores per peccatum homo cadit sub diaboli iurisditione. Et vt dicit Nicolaus papa in.c. Miramur. 24.q.i. Sicut pastor potestatem habet in proprio pecore: sic et diabolus in peccatore: Unde ait veritas Jo.8. Uos ex patre diabolo estis. Et sic patet quante malignitatis sit peccatum mortale. Uenite ergo et ascendamus ad montem domini. Amen.

¶ De multiplici excusatione: duritia et maledictione peccantiū. Cap. 17

Uenite ascendamus ad montē domini: et docebit nos vias suas. Scribunt hec verba Isa. 65. Puer centum annorum morietur: et peccator centum annorum maledictus erit. Tota intentio et principalis voluntas diuine pietatis est: vt peccator a sua mala vita: ad bonum conuertatur: dicente domino. Ezech.18. Nunquid voluntatis mee est mors impij: dicit dominus deus: et nō magis vt cōuertat a vijs suis: et viuat? Sed miserrimi peccatores maliciam suam singulari modo tripliciter aggrauant. ¶ Primo. Excusatione. Multi nāq͞ friuolis excusationibus peccata sua cooperire et defendere moliūtur: et in hoc assimilātur Saul: qui pctm suū excusauit dicens. Necessitate compulsus obtuli holocaustum domino: et a regno deiectus est: vt patet. i. Reg.13. Ecōtra dicebat Propha in ps. 140. Nō declines cor meū in verba malicie: ad excusandas excusationes i peccatis. ¶ 2. Duritia et obstinatione. Plurimi etenim i peccatis suis adeo demergunt vt duri et obstinati reddantur: vt increpantium vocem non exaudiant. Et in hoc Pharaoni assimilantur: de quo scribitur Exo.8. Induratum est cor Pharaonis et nō audiuit eos sicut preceperat dominus: et ideo prodigiose in maris rubri medio necatus est: sicut patet Exo.14. ¶ 3. Consumatione: quia plurimi in peccatis vitam suam cōsumant et terminant: nunq͞ a peccatis recedentes. Et hi sodomitis similes sunt qui in peccatis suis mortui sunt. Gen.18. et 19. De quibus dicitur Johel.i. Cōputruerunt iumenta in stercore suo. Hi ergo tales: qui peccata sua sic excusant: qui in peccatis sic obdurantur: qui in peccatis sic perseuerant et consumantur pueri sunt et eterna morte moriuntur: et a deo maledicūtur: prout dicunt assumpta verba: que iterum replicata dicunt in hac forma. Puer centum annorum: maledicetur. Carissimi mei clamat deus Johel.2. Cōuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio: et fletu et plāctu. Domine a mali se excusant: obdurāt cor suum: vitam in peccatis consumant: ideo a deo maledicuntur: prout dicunt verba Isaie. 65. Peccator cētum annorum maledicetur. Super quibus tria considerabimus mysteria declarāda.

¶ Primum peccatorum excusatio.
¶ Secundum peccatorum obduratio.
¶ Tertium peccatorum maledictio.

Primum considerandum est peccatorum excusatio. ¶ Quamuis miserrimi peccatores continuo ab interiori conscientie remorsu: et a lectionibus sacris: et a predicatoribus: et sanctorum virorum bonis exemplis: et ab abscondito sancti spiritus impulsu: ad bonum prouocentur: tamen in suis fecibus computrescunt: peccata sua excusationum palliolis cooperientes.

¶ Primo quidam peccata sua excusant propter diuinam predestinationem: dicentes. Hoc fuit a deo predestinatum: vt sic et sic facerem. Sed hoc est falsum: quia predestinatio dei proprie est prescientia et preparatio beneficiorum dei: quibus certissime liberantur: quicunque liberantur vt dicit Magister sententiarum in primo di. 40. ergo ipsa non est causa alicuius mali sed boni.

¶ 2. propter diuinam prescientiam. Dicunt enim quidam deus presciuit nos esse peccatores et damnandos: et voluit esse tales ideo non est nobis imputandum. Sed hoc est falsum quia vt dicit magister in primo di. 40. et Aug. ad simplicium Deus per suam prescientiam non hominem indurat quasi quemque peccare cogat: quia non impellit vt peccet.

¶ 3. propter diuinam voluntatem. Dicunt quidam diuinam voluntatem esse causam omnium peccatorum et per eam esse quicquid fit in celo et in terra adducentes illud Gen. 27. Voluntas dei fuit vt occurreret mihi cito quod volebam. Sed hoc est falsum quia vt dicit Sco. in primo di. 46. Deus quantum est ex parte sua vult omnes benefacere quia dat omnia adiutoria ad bene operandum. Unde Paulus. 1. ad Thimo. 2. Deus omnes homines vult saluos fieri. ergo.

¶ 4. propter stellas: Dicunt quidam stellas et planetas viciorum esse causas: quia qui sub vna constellatione nascuntur ad quoddam vitii genus inclinantur. Et in hoc peccant astrologi et mathematici sicut dicit Gregorius in Omel. Sed hoc est erroneum vt dicit Sco. l. 2. di. 14. q. 3. quia licet inclinent ad vitia non tamen necessitant quia homo ex sua libertate potest contraire. Sapiens. n. dominabitur astris. concordat. c. Nabucodonosor. §. vasis ire. 23. q. 4.

¶ 5. propter fatum. Aliqui dicunt fatum esse causam peccatorum suorum: affirmantes se fuisse male fatatos. Fatum autem dicitur esse quasi quoddam stellarum decretum sub quo qui nascitur: talis efficitur: malus vel aut bonus. Sed erroneum est credere aliquem hominem sub fato nasci vt dicit Aug. in sermone Epiphanie. Et Gregorius in Omel. Epiphanie ait. Absit hoc a fidelium cordibus vt esse aliquid fatum dicant. Uitam quippe hominum solus qui creauit conditor administrat. Neque enim propter stellas homo sed stelle propter hominem facte sunt. Ad hoc facit. c. Non obseruetis. 26. q. vltima.

¶ 6. propter fortunam vel casum. Dicunt alii peccata sua excusantes. Fortuna ad hoc me conduxit: vel a casu hoc accidit. Sed hoc est erroneum: quia secundum philosophum. 2. physicorum. Fortuna est aliquid extra rationem: quod accidit preter intentum operantis et est ignota homini. Peccata vero fiunt ab aliquo quod est intra hominem. s. a voluntate. Unde Philosophus. 3. Ethycorum. Dicendum hominem esse principium et generatorem suorum operum: quemadmodum et filiorum.

¶ 7. propter

¶ 7. propter necessitatē vel coactionē. Aliqui peccata sua excusant dicētes: necessitate se aliqua peccare: puta ob paupertatē: vel aliquā indigētiā: vel maiorū coactionē puta p̄ncipū patrū: maritorū & huiusmodi. Sz hoc ē erroneū q: causa peccati ē volūtas libera vt dicit Sco. in. 2. di. 34. Et ista ad peccādū nec cogi: nec necessitari pōt. cum sit per suā essentiā libera. Est. n. appetitus liber. Quia si necessitaret: & necessario eliceret actum suū non posset peccare: q: pctm̄ ideo est pctm̄ quia volūtariū est: & si voluntarium non sit peccatum non est.

¶ 8. propter demones. Dicūt aliq̄ demones me tentāt: decipiūt: infestāt & peccare cōpellūt. Sed hoc ē erroneū & falsum: q: licet diabolus persuadere ad peccādū queat: violētare tamen nō pōt. Un̄ mgr̄ l. 2. di. 21. dicit. Quia diabolus mulieri per violētiā nocere nō poterat ad fraudem se conuertit: vt dolo hominē supplātaret: quē virtute superare nequiret: ille ergo nō cōpellit ad pctm̄. Un̄ & philosophus. 3. ethy. dicit. Quorū principiū in nobis est: illa in nobis erūt voluntaria.

¶ 9. propter rerū pulchritudinē. Dicūt aliqui tāta est rerū pulchritudo & bonitas q̄ allicit nos ad peccādū ad cōcupiscētiā carnis: & ad concupiscētiā oculorū & ad superbiam vite: sicut pz in pulchritudine mulierū: vestiū: pecunie & honorū. Sed hoc est erroneū quia rerū pulchritudo & bonitas: & si voluntatē prouocat ad inordinatū amorē: non tamen necessitat: sed ipsa volūtas libere elicit inordinatū amorem siue inordinatum velle: vt dicit Sco. in. 2. di. 35. Un̄ Aug. lib. de dua bus alabus ait. Pctm̄ est volūtas cōsequndi vel retinēdi qd̄ iustitia vetat. & a quo liberū ē abstinere. hec ille.

¶ 10. propter vtilitatē. Dicūt aliqui peccamus pp aliquā vtilitatē que ex peccatis nostris sequitur. Nam propter peccata puta mēdacia: vel homicidia vel adulteria consequimur diuitias: amicitias: honores: vitamus incōmoda: quia tempore moderno:

Aude aliquid breuibus g iaris & carcere dignum.

Si vis esse aliquid: probitas laudatur & alget.

Criminibus debent hortos pretoria. mensas. Sed hoc est erroneū querere vtilitatem aliquam mediante peccato: quia vt dicit Scotus in. 2. dist. 7. q. vnica in fine. In actu malo malicia culpe peccatorem a deo auertente est priuatio maximi boni & potissima & maxima pena creature rationalis: ergo ex peccato non sequitur vtilitas sed maximum damnū. Unde peccatores in inferno dicent illud Sapientie. 5. Quid nobis profuit superbia: aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?

¶ 11. propter malam societatem. Quidam peccata sua excusantes dicunt se peccasse propter malam societatem: sicut Adam se excusauit propter Euam & Eua propter serpentē. Gen. 3. Sed talis excusatio apud iudicem secularē nihil valet & apud deum auget crimen: & est erronea q: vt dicit philosophus. 3. ethycorū. Sicut nemo est felix inuitus: ita prauitas & malicia volūtaria res est. Si ergo malicia & peccatum est res volūtaria ergo est propter malā voluntatem nostram interiorē: non propter malam societatem exteriorem.

¶12. propter carnis fragilitatem. Dicunt aliqui se nō posse peccatis resistere propter carnis fragilitatē: que quotidie ad luxuriam et lasciviā stimulat: cui resistere humane fragilitati videtur impossibile. Sed hoc est erroneū quia volūtas est regina in regno anime et carnē pōt suo imperio refrenare vt dicit Sco. in. 2. di. 14. q. 3. Unū scribitū Gen. 4. Sub te erit appetitus tuus et tu dominaberis illius.

¶13. propter causam extrinsecam. Dicūt aliqui: tale quid vel tale fuit mihi causa peccandi: vel talis vir: aut talis mulier me prevaricare cōpulit. Sed hoc est erroneū: quia causa peccati nō est extrinseca sed intrinseca homini: nec est involuntaria sed volūtaria vt dicit Aug. in. c. Merito. 15. q. 1. Unde et Philosophus in. 3. Ethicorum. dicit sunt in nostra potestate virtutes et vitia: et in nobis ē probos et improbos esse. Et Ambr. in. c. Illa. 15. q. 1. sic inquit: Illa cavēda sunt: que ex nostra voluntate procedūt delicta iuventutis et irrationabiles corporis passiones: Quorum igitur nos sumus domini: eorum principia extrinsecus nō requiramus: nec derivemus in alios: sed agnoscamus ea que propria nra sunt. Quod. n. possumus non facere si volumus: huius electionem mali: nobis potius debemus ascribere quam aliis. ille.

¶14. propter naturam intrinsecam. Dicūt alii sua excusantes peccata quod peccāt: quia a naturali sua inclinatione et a sua intrinseca cōplexione coguntur: Sunt. n. quidā complexionis sanguinee et ad luxuriā iclinant: quidā cōplexionis colerice et ad iracūdiā et blasfemiam sunt declivi: quidā vero melāconici et ad accidiā et tristitiā et ocium proni redduntur. Sed hec pctōrum excusatio est inanis: quia licet complexio que est in carne vel caro ex tali vel tali complexione volūtatē ad peccandū provocet per tentationē prout declarat. s. Bona. in. 2. di. 21. ar. 2. q. 1. et licet voluntas prona sit ad sequendum huiusmodi complexionis inclinationem et appetitum sicut declarat Sco. in. 2. di. 14. q. 3. tn̄ per suā libertatem tali inclinationi et appetitui resistere pōt: vt ibidē dicit Sco. et ideo peccata nō sunt ad intrinsecā corporis naturā: nec ad malā carnis complexionē referenda: sed ad malā hominis volūtatem. Unde scribitū. 15. q. 1. c. 1. Ex voluntate itaque peccata procedunt: que libero mentis arbitrio et delinquētis proposito committunt. Ecce ergo quomō ē falsa peccātium excusatio. Et ideo Ambro. in lib. de beata vita: et ponunt. 15. q. 1. in. c. Non est. sic inquit. Nō est quod cuique nostram ascribamus erumnā nisi nostre volūtati: nemo nostrū tenetur ad culpam nisi volūtate propria deflexerit: voluntariū sibi militem eligit Christus: voluntariū servū sibi diabolus auctionatur. Hec ille. Et quia peccata sunt voluntaria: quia voluntas libere a deo se avertit et ad creaturas se cōvertit: ideo clamat deus dicens Johelis. 2. Convertimini ad me in toto corde vro: vt vz sicut per cor et voluntatem a me aversi lōge recessistis: ita per cor et voluntatē ad me cōversi propere redeatis.

Secundū principale mysterium est pctōrum obduratio. ¶ Pluri- mi nedū peccata sua excusant: sed in ipsis indurāt: sicut et Pharao de quo scribitū. Exo. 8. Induratumque est cor Pharaonis: quibus dnē clamat dicēs

dicēs Johel.2. Conuertimini ad me in toto corde vr̄o. ¶ Dicet aliqs. Ego vellē de peccato exire τ ad deum me cōuerter τ ad diuinā graꝫ preparare: nūqd ex meo libero arbitrio possum hoc facere: an ad hoc aliqua dei gratia indigeo? ¶ Huic quesito tres solennissimi doctores rñdent. ¶ Primus est.s. Bona.in.2.di.28.ar.2.q.1. dicēs. Impossibile est ꝙ liberū arbitrium omni gratia gratis data destitutū ad gratiā gratū facientē dispo nat seipsum. Ratio aūt huius ē hec: nō qꝛ gratia gratū faciens necessario preexigat dispositiones gratie gratis date: sed qꝛ ipsa est quid diuinū τ res existens supra liberū arbitriū τ etiaꝫ super naturale iudicatoriū ideo liberū arbitriū nunq̄ assurgit nec ad cognoscēdā gratiā nec ad petendā: nisi aliquomodo sursum excitet τ per aliquod donuꝫ gratie gratis date: qđ tenet quasi mediuꝫ inter donū gratie gratū faciētis τ naturalē libertatē voluntatis. Un̄ Ber. in libro de libero arbitrio.c.17. inquit. Conatus liberi arbitrij ad bonū cassi sunt: si a gratia nō adiuuant τ nulli si non excitant. Hec ille. ¶ 2.est.s: Tho.1ᵃ 2ᵉ.q.109. ar.6. qui sic dicit. Ad hoc ꝙ hō se preparet ad gratiā gratū facientē necessario indiget auxilio gratuito dei interius aīam mouentis siue inspirantis bonū propositū: cuius rō est. Quia cū omne agens agat pp finē τ agens τ finis sint pportionata qꝛ particulare agens agit pp finē particularem τ vniuersale pp vniuersalē: τ oīs causa cōuertit suos effectus ad suos fines. Necesse est ꝙ cā particularis cōuertat ad finē particularē: τ vniuersalis ad vniuersalē. Exemplū ex motione tribuni: mouet animus militis ad se quēdā uexillū: sed ex motione ducis ad querēdā victoriā. Cū aūt deus sit primū mouēs τ vniuersalissimū: necesse est ꝙ ex eius motione omnia in ipsum cōuertant ꝭm intētionē boni per quaꝫ vnūqđq; intēdit assimilari deo ꝭm suū modū. Un̄ Dio. in lib. de diui. nomi. dicit ꝙ Deus oīa cōuertit ad seipsum. Sed hoīes iustos cōuertit ad seipsum sicut ad specialem finē quem intendunt τ cui cupiunt adherere sicut bono proprio: ꝭm illud ps 72. Mihi aūt adherere deo bonū ē. Et ideo ꝙ hō cōuertatur ad deū non potest esse nisi deo ipsum cōuertente. Hoc aūt ad deū conuerti est ad gratiam se preparare. Sicut ille qui habet oculū auersum a lumine solis: p hoc se preparat ad recipiendū lumen solis: ꝙ oculos suos cōuertit versus solem. Un̄ patet ꝙ homo non pōt se preparare ad lumen gratie suscipiendū nisi per auxilium gratuitū dei interius mouentis. Jō scribitur Jo.6. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit illum. Et Tre. vlt. Cōuerte nos dn̄e ad te τ cōuertemur. ¶ 3. est Sco. in.4.di.14.q.2.ar. 2. dicēs. Peccator in peccatis existēs pōt ex naturalibus cū cōi influentia cōsiderare peccatū cōmissum: vt offensiuū dei: vt cōtra legē diuinā: vt auersiuū a deo: vt impeditiuū premij: vt inductiuū supplicij τ sub multis talibus rōnibus: τ potest voluntas ipsuꝫ peccatū sub aliqua illarū rōnum: vel sub multis sic consideratū detestari. Et iste motus detestationis pōt continuari τ intendi ante infusionē gratie. Et ista detestatio pōt esse totaliter circūstātionata circūstantijs moralibus

debitis. Et iste motus detestationis dicit attritio: et si est perfecte circumstantionata in genere moris: est dispositio siue meritum de congruo ad deletionem peccati mortalis: que sequitur in vltimo instanti alicuius temporis in quo ista attritio durauit: et videtur dispositio omnino sufficiens ad iustitiam in termino illius attritionis acquirendam. Uel non oportet dicere quod iustificetur peccator sine omni dispositione sufficiente de congruo ex parte eius: et per consequens difficile est saluare quod apud deum non sit acceptatio personarum. Uel nulla pot esse sufficientior dispositio ad istam iustificationem quam ista attritio perfecte circumstantionata in genere moris: et tunc in vltimo instanti illius attritionis infunditur gratia et simpliciter deletur peccatum: hec Sco. Et sic ad conuersionem secundum Bona. requiritur gratia gratis data: secundum Tho. motio diuina: sed Sco. Communis influentia: que includit gratiam gratis datam. s. lumen fidei: notitiam peccati: pene et glorie. ¶ Dicet aliquis deus interius non me mouet: ideo non possum ad deum conuerti: et sto durus in peccatis. ¶ R°. Mentiris: quia deus vult te ad bonum mouere sed tu resistis: et in peccato obduraris: vnde clamat hoc mane Conuertimini ad me in toto corde vestro: propter quod clarissime patet quod homo ex propria preparatione cum gratiis gratis datis: prout sunt lumen fidei: predicatio: timor inferni: amor paradisi: remorsus conscientie: et cum auxilio diuino de peccato pot exire et ad diuinam gratiam se preparare. Sed his omnibus non obstantibus inter alios septem specialiter hominum genera in peccatis suis indurantur nec ad deum conuertuntur. Sicut et Pharao cuius cor induratum fuit Exo. 8.

¶ Primi sunt auari et pauperum oppressores. Hi sunt vsurarii: raptores principes fures: cognati et domestici: falsi mercatores: qui pauperum et innocentium bona vel occulte vel violenter occupant et surripiunt: et hi in peccatis suis vt plurimum indurant. 47. di. c. Sicut hi. Nec facietas vnquam nec finis aderit cupiditati. Hi nunquam restituunt et ideo nunquam vel raro ad deum conuertuntur et in peccatis suis indurantur. Uide 14. q. 4. c. Quid dicam et q. 6. c. Si res aliena. ¶ Figura huius indurationis: que procedit ex cupiditate habetur Amos. i. vbi scribitur. Super tribus sceleribus damasci et super quattuor non conuertam eum: eo quod triturauerit in plaustris ferreis Galaad. Sicut declarat Lyra in suis moralibus super Amos. i. Per Damascum qui interpretatur hibens sanguinem: significatur quilibet oppressor innocentium qui manducat et bibet sanguinem eorum. i. eorum diuitias et bona temporalia: que dicuntur secundus sanguis. l. Aduocati. C. de aduo. di. iudicum. ¶ Primum scelus auarorum et oppressorum est mala cogitatio de aliene rei occupatione. ¶ 2. est subdola locutio. ¶ 3. est iniusta operatio: siue iniusta occupatio. ¶ 4. est mala consuetudo. Et qui habet hec quattuor scelera deus non conuertit eos sed in peccatis suis indurare permittit: quia non sunt digni misericordia dei. Sicut nec ipsi pauperum et pupillorum miserentur: sed in plaustris ferreis triturant eos. i. nimis crudeliter tractant spoliant et cruciant: et ideo deus non conuertit eos: vnde in peccatis suis indurantur. Hi sunt similes Pharaoni et

egyptus: qui filios Israel opprimebant affligẽdo in laboribus: diuitijs spoliando: et ideo in peccatis suis obdurati sunt. Exo.8. Induratũ est cor Pharaonis: et nõ audiuit eos sicut p̃ceperat dñs: et iõ male mortui et pessime cõsumati sunt. Exo.14. Sic vsurarij: raptores: principes pauperum oppressores: pauperum mercedẽ retinẽtes: in pctis obdurant: nec ad deũ cõuertunt: sed mala morte moriunt: q2 scribitur Ecci.3. Cor durum male habebit in nouissimo.

¶ 2. Superbi et partiales. Hi sunt superbi: ambitiosi: põpas effeminate sectãtes et ptiales: ac discordes: quorum corda vt lapides idurant: et ad deũ raro cõuertunt. ¶ Figura hui⁹ induratiõis: que ex supbia et partialitate pcedit: habetur Amos.1. vbi scribit super tribus sceleribus Haze: et sup quattuor nõ cõuertã eam. Haza interpretat robusta: et fortitudo eius: et nõ incõgrue. Supbie et partialitatis figuratur vitiũ. Supbi.n. robustos se existimãt: et fortes in inferiorum cõparatione. Partiales ẽt et discordiã sectantes robur et fortitudinẽ suã in inimicos exercere festinãt. Unñ et fortitudo attribuitur illi: qui et superbie radicẽ fixit: et discordiã et litem in celo seminauit. Scribitur.n. Job.41. Non est super terrã potestas: que cõparet ei: qui factus est vt nullum timeret: ecce discordiã. Oẽ sublime videt: ipse est rex sup oẽs filios supbie. ¶ Primũ peccatũ Haze est supbia et partialitas in corde vel cogitatione. Secũdũ est in ore vel locutione. Tertiũ in opere vel exercitatione. Quartũ in consuetudine et assuefactione. ¶ Et qui his quattuor peccatis inuoluuntur deus nõ cõuertit eos: s3 in pctis indurãtur. Hoc p3 in ambitiosis: in mulieribus põposis: in partialibus: qui in sua superbia et discordia moriunt. Hi sunt similes diabolo et angelis ei⁹: qui fuit supbissimus: dicẽs illõ Isa.14. Exaltabo soliũ meũ: et posuit in celo bellũ sm illud Apoc.12. Factũ est preliu3 magnum in celo: et draco pugnabat et angeli eius: et iõ nũq̃ cõuersus est ad deũ: sed in sua duritia et obstinatione permansit vsq3 ad cõsumationẽ malicie sue: vt dicit Sco. in.2. di.6. q.2. et sic de celo precipitatus ẽ. Apoc.12. De cuius duritia dr̃ Job.41. Cor eius indurabitur quasi lapis. Heu quot superbi: quot ambitiosi: quot mulieres põpose: quot partiales in vniuerso: nõ cõuertunt ad deũ: sed in sua malitia indurati et obstinati moriunt.

¶ 3. Luxuriosi et carnales. Hi sunt illi qui luxurie vacant et in illa indurati cõfirmantur. 2. petri.2. In conuiuijs suis luxuriantes: oculos habẽtes plenos adulterij et icessabilis delicti. Nã vt dicit. s. Bona. in 2. di.21. ar.2. q.2. Difficilius est tentationi carnis q̃ demonis resistere: pp qd multi in carnis pctõ indurati moriunt: nec ad deũ cõuertuntur. ¶ Figura hr̃ Amos.1. vbi dr̃ Sup trib⁹ sceleribus Tyri: et sup quattuor nõ cõuertã eu3. Tyrus vno mõ interpretatur plasmatio: alio mõ fortitudo: alio modo angustia vel tribulatio. Per Tyrũ igit luctuosum luxurie vitiũ designatur. Formatus n. et plasmatus fuit primus hõ de limo terre. Gen.1. Et ideo p pctm̃ corruptus in luctuosis et limosis luxurie operibus delectatur. Hoc aũt luxurie vitiũ: iter oia vitia fortissimũ est: dicẽte Aug. Inter oia christianorum certamina duriora sunt prelia castitatis. Et spũs rõnalis maxime angustiati

telligat: ꝛ conuertatur: ꝛ sanē eum.
¶ 7. Legi euangelice. Est aūt lex euan
gelica: vt dicit Sco.in.3.di.40. Lex
mititatis: lex humanitatis: lex amo
ris: in qua magis cōfertur de gratia:
q̄ in lege veteri. Et quāta sit differē
tia inter istā legē euangelicā: que dici
tur lex gratie ꝛ legē nature siue legem
mosaicā: vide Alex. de alis in.3. parte
q.60. memb.4. ꝛ.5. Huic legi euange
lice opponit peccatum mortale: quia
ista est lex gratie. Jo.1. De plenitudine
eius nos oēs accepimus: ꝛ grām pro
grā: q2 lex p Moisem data est; grā ꝛ
veritas p Jesum Christū facta est: ꝛ
ideo sup oēs alias leges repellit pecca
tū. Et q2 p istā legē euangelicam ꝛ pᵉ
gratiā in ipsa datā fideles efficiuntur
filij dei: ſm illud Jo.1. Dedit eis pote
statē filios dei fieri: ideo qui in pecca
to mortali sunt: nō pn̄t stante peccatō
effici filij dei: sed sunt filij diaboli: iux
ta illud Jo.8. Uos ex patre diabolo
estis: ꝛ desideria patris vestri vultis
facere.
¶ 8. Legi apostolice. Est aūt lex apo
stolica doctrina oīs: que in canonicis
epistolis Petri. Pauli Joānis. Jaco
bi. ꝛ Jude cōtinetur: hec lex quid aliō
clamat. nisi ↄtra pc̄m? Vn̄ scribitur
ad Ro.6. Nō regnet pc̄m in vestro
mortali corpore: vt obediatis cōcupi
scentijs eius. Sꝫ neqꝫ exhibeatis mē
bra vr̄a arma iniquitatis pc̄ō. Huic
legi opponitur directe mortale pecca
tū: vt patet. Et ideo qui in mortali pec
cato sunt vel moriuntur: nō pn̄t apo
stolice societatis ꝛ glorie esse partici
pes. Sicut ꝛ Judas pp peccatū suuꝫ
ab apostolico consortio separatus est.
Act.1. Preuaricatꝰ est Judas: vt abi
ret in locum suū. Et.1.Jo.1. Ex nobis
pdierunt: sed nō erant ex nobis: nam
si fuissent ex nobis: pmāsissent vtiqꝫ
nobiscum.
¶ 9. Legi canonice. Est aūt lex canoni
ca quecūqꝫ constitutio a sūmis pon
tificibus

tificibus vel a sacris concilijs determinata: de cuius authoritate vide di. x.c. Leges cũ alijs quattuor sequentibus: & 6.q.4.c. Si inter: hec in sacris decretis: decretalibus & clementina cõtinetur: hec aũt lex canonica tota precipue occupatur ad deletionem peccati mortalis: vel ad acquisitionẽ aut augmentationẽ diuine gratie per septẽ: que sunt in ecclesia sacramẽta: que sunt instrumenta ad expellendũ peccatũ: vel ad inducẽdã gratiã: huic aũt legi mortale peccatũ directe contrariatur & opponitur. Et iõ qui mortali peccato aggrauantur: non sunt ecclesie catholice membra: sed sunt extra ecclesiam: qz ecclesia catholica nõ habet maculam peccati mortalis: nec rugaz duplicitatis. 24.q.1.c. Oibus: in textu & glo. & 32.q.4.c. Recurrat. & 21.di.c. Quãuis. & sic stante peccato sacramentorum ecclesie fructibus priuatur.

¶ x. Legi theologice. Est aũt theologica lex: vniuersalis omnium theologorũ determinatio in quattuor sententiaz libris: qui communi cõcordia in suis disputationibus determinant: peccatum mortale oĩum maloz penaliũ causam fuisse & originẽ: & nullũ opus eterne vite meritorium a pctõ mortali posse pcedere: & de hoc vide Sco. in. p̃. di. 17. in. 2. di. 7. & 41. & in. 3. dist. 27. & in. 4. d. 14. & 16. & in quol. q. 18. huic theologice legi repugnat & opponitur peccatum: qz omnis theologice schole studium & conatus est ad destruendum opus peccati: & ad procurandum opus eterne vite meritoriũ. Et ideo qui in mortali peccato voluntarie perseuerant: opus aliquod eterne vite meritoriũ deo offerre nõ possunt. Unde in.c. In grauibus. 3.q.7. scribitur Dona inimicorum non probat altissimus: nec respicit in oblationibus eoz: nec in multitudine sacrificioz eoz ppiciabiẽ peccatis: scriptũ quippe est. Uictime impioz abbominabiles: vñ deus ad Chaym & ad munera eius nõ respexit. Gen. 4. qz malus erat: & in pctõ mortali.

¶ xi. Legi morali. Est aũt lex moralis regula quedã humano ingenio adinuenta: q̃ virtutes a vitijs: & vitia a virtutibus segregat: illa vituperãs: illas vero cõmẽdans: hec lex in libris ethicoz politicoz: & rethoricoz. Phy. plenius cõtinet̃: de qua & Sco. in. 3. d. 33. & 36. plurima cõfert: hec lex toto conamine virtutes extollit: dicẽs virtuosos honore dignos prauos minime virtuosũ hominẽ esse aĩaliũ dignissimũ: prauũ vero pessimũ: virtuosum dei amicissimũ: & felicissimũ: prauũ vero ecõuerso: huic legi maxime opponit̃ peccatũ: qz peccatũ est virtutũ formalis priuatio: vt dicit Sco in. 2. di. 35. Et ideo qui in mortali peccato sunt perseuerant & moriuntur: nullo honore digni sunt: non temporali: nõ spirituali: non humano: non angelico: non diuino: sed vituperio & confusione: iuxta illud ps. 70. Operiantur cõfusione & pudore qui querunt mala mihi.

¶ 12. Legi imperiali siue ciuili. Est aũt lex constitutio populi: qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt. di. 2. c. Lex est. De qua vide di. x. c. Lege. c. Non licet. c. Certuz est. c. Constitutiones. Hec lex ciuilis & imperialis ab eterna lege etiam deriuata est: vt dicit Alex. de alis in. 3. parte. q. 26. mem. 7. ar. 3. Cuius finis est

ciliatio pacis inter homines: vt dicit ibidē. Hec lex facta ē: vt ei⁹ metu hu mana coerceat audacia ⁊ malicia: vt dicitur in .c. Facte sunt. di. 4. Huic le gi imperiali ⁊ ciuili opponitur pecca tū: quod est priuatio iustitie: vt dicit Sco. in .2. di. 35. q: ipsa lex precipue ni titur iustitiā obseruare ⁊ defendere: vnde ⁊ in sui principio iustitiam diffi nit dicēs. Justitia est cōstans ⁊ perpe tua volūtas: ius suū vnicuiqȝ tribu ens. Et iustitie trāsgressores multi pliciter punit: priuatione dignitatis: aut spoliatione temporaliū: aut flagel latione: aut exilio: aut morte: aut car ceratione: aut cruciatu. Et ideo qui in mortali peccato moriunt tāq̄ impe rialis legis trāsgressores priuari me rent omni dignitate: oī tēporali sub stantia: paradisi exilio: infernali carce re: demonū flagellatione: ignis afflicti one: ⁊ morte sempiterna. Ūn̄ scribit. Ecci. 21. Stupa collecta synagoga peccantiū: ⁊ cōsumatio illoꝝ flamma ignis: via peccantiū complātata lapi dibus: ⁊ in finē illoꝝ inferi ⁊ tenebre ⁊ pene. Ex quibus patet grauitas pec cati ex sua oppositione.

Secundū misteriuȝ dicitur sub iectio. Uisa peccati grauitate ꝑpter suā oppositionē: videre superest: quā graue ⁊ pōderosum sit ex sua subiectione. Quia vero ex effe ctibus cognoscuntur sue cause: vt ha betur. 12. Metaphi. ⁊. 8. Phy. Et in nata ē nobis via cognoscēdi: ab his que nobis manifestiora sunt. 1. Phy. ꝓ tāto peccati mortalis aliquos effe ctus cōsiderabimus: vt ex eis eiusdē peccati grauitas clarius innotescat.

¶ Peccatū ergo mortale miseꝝ pec catorem sub principibus septē capti nat: ⁊ septem correspondentibus mo dis reddit iniquū: qui in septē filioꝝ Jsrael captiuitatibus in libro Judicū descriptis mystice designantur:

¶ Primo. Peccatū mortale facit ho minē seruū: quo ad vitā. Hoc in lib. Judicuȝ. 2. c. designatur: vbi dr̄. Fe ceruntqȝ filii Jsrael malū in cōspectu dñi: ⁊ seruierunt Baalim. Jratusqȝ deus tradidit eos in man⁹ diripiētiū: qui. s. vendiderūt eos: vt dicit Lyra ibidē. ¶ Mystice cū quis in dei cō spectu peccat: traditur a deo in serui tutē ⁊ in manus vendentiū ⁊ distra hentiū: q: tunc cadit a vera libertate: ⁊ cadit in multiplicē seruitutē: vt su pra dictū est. Qui. n. facit peccatū ser uus est peccati. Jo. 8. Sicut. n. fm Ca nones. Clericus Epo suo insidias vel iniurias faciens: vel conuicia aut con tumelias inferens: tradēdus est cu rie in perpetuā seruitutē: ꝓut scribit 3. q. 4. c. Clericus. maxime cum est in corrigibilis: vt extra de Judi. Cū nō ab hoie ⁊. 1. q. 1. c. Statuimus. Sicut ēt concubina diaconi vel sacerdotis a principe in seruitutem est redigenda. 32. di. Eos qui. Sicut etiam libertati donati: si grati non fuerint: in serui tutē sunt redigēdi. 12. q. 2. c. Epe: qui mācipiū. Siē ēt frequētius fugitiui vendi debēt: ⁊ in seruitutē dari. 12. q. 2. c. Fugitiui. Sic profecto hō pecca tor qui mortaliter peccādo iniurias ⁊ cōtumelias infert Christo: qui ē eps ⁊ pastor aīarū nostraꝝ. 1. Petri. 2. Et rōnalis creatura: que de sponsa Chri sti efficit cōcubina diaboli: ⁊ illi qui a peccato liberati per Christi grām: in grati ad vomituȝ redeunt: ⁊ illi qui a deo frequentius fugiunt ⁊ elongant: mortalia pctā plurics replicādo: con

gruentissime

gruentissime in miserabilē rediguntur servitutē: vñ de peccantibus mortaliter dr̄ Deutero.28. Quod si non audieris vocē dñi dei tui: vt custodias ꝛ facias oīa mandata eius: venient sup te oēs maledictiones iste: servies inimico tuo: quē emittet tibi dñs in fame ꝛ siti ꝛ nuditate: ꝛ omni penuria: ꝛ ponet iugū ferreū super ceruicē tuā: donec te conterat.

¶ 2. Cecū quo ad bona. Hoc in lib. Iudicū figuratur. c.3. vbi scribitur. Fecerūtꝗ malū filij Israel in cōspectu dñi: iratusꝗ contra Israel dñs tradidit eos ī manus Chusamrasathaim Regis Mesopotamie: servieruntꝗ eis octo annis. ¶ Chusamrasathim: vt dicit ibi Lyra in suis moralibus: interpretatur nigredo tenebrosa: ꝛ mentis cecitatem nō incōgrue p̄figurat. Peccāte igitur populo sub Chusam rasathaim captiuatur: qꝛ peccante creatura rōnali: sub mentis cecitate deprimitur: ꝛ rō est: qꝛ vt dic̄ Phs.1. de celo ꝛ mundo. Quanto aliquid magis elongatur ab aliquo tanto minus participat conditiones vel qualitates eius: sicut corpus celeste q̄to magis distat a terra: que est ignobilissimum inter corpora: tanto habet nobiliorē naturā: ꝛ terra tāto ignobiliorē: q̄to magis distat a celo ꝛ a nobilissimo corpore. Sed homo peccādo recedit a luce: quia r̄cedit a multiplici lege vt dictū: que lex est quedā spūalis lux dirigēs in agēdis: iuxta illud Prouer. 6. Mandatū lucerna est ꝛ lex lux: ergo merito homo peccādo ꝛ a tā multiplici lege ꝛ luce se elongando: sub cecitatis caligine captiuatur: sicut.n. dic̄ Ueritas Io.3. Ois qui male agit: odit lucē: ꝛ nō venit ad lucē: vt nō arguant opera eius. Uñ clamat Sap. 2. Excecauit eos malicia eoꝝ: ꝛ nescierunt sacramenta dei: neqꝫ mercedem sperauerunt iustitie: nec iudicauerunt honorē aiaꝝ sanctaꝝ. Heu quot sunt excecati: qui nec aīam: nec iustitiā: nec gloriā: nec penā credunt: vel cogitant: aut recognoscunt.

¶ 3. Oculatū quo ad mala. Et hoc in libro Iudicū figuratur. c.4. vbi scribitur. Addiderunt quoqꝫ filij Israel facere malū in cōspectu dñi: ꝛ tradidit illos dñs in manus Iabin regis Chanaan. ¶ Iabin interpretatur sapientia vel intelligentia: ꝛ nō incōgrue figurat astutiā: in quā cadūt mortaliter peccantes: cū ĝ filij Israel peccāt: sub Iabin a dño captiuantur: qꝛ peccantes mortaliter ꝛ a deo recedentes: sub falsa intelligētia deprimuntur: ꝛ sub astutia callida captiuātur: cuius ratio est: qꝛ a pctō captiuati vel ad sui peccati excusationes subtiles ꝛ callidas rōnes exquirūt: vel ad sui peccati cōmissionē ꝛ frequētationē callida argumenta requirunt: hoc modo in callidā astutiā ꝛ diabolicā sapientiā cecidit humanū genus a principio diabolice doctrine: ydolatrie: supstitionib⁹: incantationibus adherendo: de quibus Alex. d̄ alis in.2. parte. q.178. vñ Pau. ad Ro.1. Cū cognouissent deū: nō sicut deū glorificauerūt: sed euanuerunt in cogitationib⁹ suis. Et obscuratū est insipiens cor eoꝝ: ꝛ tradidit illos deus in reprobum sensuꝫ: hoc mō ꝛ Iudei tēpore Christi Iesu propter pctā sua ceciderunt ꝛ captiuati sūt sub erronea intelligētia ad excusandā maliciā suā. Uñ ꝛ circa annū.400. a passione Christi: vel a natiuitate ei⁹ duo Rabi iudeoꝝ vꝫ Ra

bina τ Kabalisse cõposuerunt contra euangeliũ Christi pessimã doctrinam Talmuth:in qua sunt innumerabilia mendacia:turpia: fatua τ abbominabilia:cõtra legẽ dei: cõtra legẽ nature τ contra legẽ scriptã: τ hec oĩa ad defensionẽ sui erroris τ malicie. Uñ ad Ro.1. Dicentes se esse sapientes:stulti facti sunt. Hoc mõ τ plurimi heretici τ philosophi in excusatione suoꝝ vitioꝝ nephãdissimas scientias: τ callidas argumentationes inuenerunt:vt veꝝ scripture τ sanctoꝝ doctoꝝ sensum inuerterẽt:õ quib⁹ dicere possumus illõ Jere.4. Stultus populus meus me nõ cognouit: filij insipiẽtes sunt τ vecordes. Sapiẽtes sunt vt faciant mala:bene aũt facere nescierũt. Heu quot sunt de istis callidis τ astutis ad malũ defendendũ τ ad malum operãdũ:τ tales ꝓuocãt irã dei. Job 36. Simulatores τ callidi prouocant iram dei.

¶ 4. Instabilẽ quo ad vota. Hoc in libro Judicũ figuratur.c.3. Ubi scribitur. Addiderũt aũt filij Jsrael facere malũ in cõspectu dñi: qui confortauit aduersus eos Eglon regẽ moab: seruieruntq; filij Jsrael Eglon regi moab decẽ τ octo annis. Eglon vt ibi dicit Lyra in suis moralibus interp̃tatur rota:τ vitiũ istabilitatis figurat. Per peccatũ ĝ populi subijciuntur Eglon regi: qꝛ cũ rõnalis creatura a deo peccando recedit:sub vitio instabilitatis captiuat̃. Et rõ est:qꝛ vt dicunt Phs in.8.phy. τ Sco.in.ꝑ.d.8.q.vltima.τ in.2.di.1.q.2.τ cõcorditer oẽs theologi in ꝑ.τ.2.sentẽtiaꝝ. Deus est oĩo immobilis τ imutabilis: nec subest tempori aut motui. Oĩa vero alia a deo: aut ex sui natura tendũt in nihilũ:aut cõtinue ꝑ tps τ motũ variant̃:vt sunt corporalia oĩa motui celoꝝ subiacentia. Quãdiu aũt hõ in dei grã permanet: deo firmissime adheret: τ cũ.12. predictis legib⁹ quasi cũ.12. vinculis vel cathenis deo alligat̃: τ ideo est firmus τ stabilis in voto. Uñ scribit̃ de hoĩe iusto: Ecci.27. Hõ sensatus in sapiẽtia ꝑmanet vt sol: qui in suo lumine nõ variat̃:sꝫ semp ẽ lumine plenus. Cũ vero peccat:ꝑdictas leges soluit:a deo separat̃ ꝑ auersionẽ: creaturis mobilib⁹ adheret ꝑ cõuersionẽ:vt dicit Sco.in.2.di.35.τ ideo τ ipse redditur instabilis τ mobilis. Uñ de peccatore scribit̃. Ecci.27. Stultus vt luna mutat̃. Luna mõ subleuat̃:mõ humiliat̃:mõ est plena:mõ vacua:mõ ꝓpe solẽ:mõ alõge. Sic τ pctõres a deo elõgati:mõ volũt vnũ:mõ aliõ: mõ ridẽt:mõ plorãt:mõ amicant̃: mõ inimicant̃:mõ aliquid sibi placet: mõ displicet:mõ deo adherere desiderant: mõ mũdo:mõ volunt cõuerti: modo nolunt. O q̃ta instabilitas. Prouer. 13. Uult τ non vult piger.

¶ 5. Amaricatũ quo ad aĩas. Hoc ĩ lib. Judicũ figurat̃.c.4. vbi scribit̃. Addideruntq; filij Jsrael facere malũ in cõspectu dñi: τ tradidit illos ĩ manus Jabin: qui habuit ducẽ exercitus sui nomine Sisarã. ¶ Sisara vt ibidẽ dicit Lyra in suis moralibus exclusio gaudij interp̃tat̃: filij Jsrael dominũ offendẽtes in manib⁹ Sisare tradũtur: qꝛ mortaliter peccãtes sub mentis amaritudine captiuant̃. Quot.n. leges quis mortaliter peccãdo trãsgreditur:tot cõsciẽtie gladijs in corde percutit̃. Nã vt dicit Sco.in.2.di.39.q.1. τ.2. Synderesis q̃ est habitus principij pratici:τ cõsciẽtia que est habitus

cõclusionis

cõclusionis practice: siue legis: remur murãt cõtra malũ: ⁊ istud murmu rare cõscientie est quidã gladius acu tissimus interius cor pcutens ⁊ scin dẽs. Unñ dr̃ Prouer. 12. Est q̃ pmit tit: ⁊ quasi gladio pungit̃ cõscientie. O q̃ graue vulnus. O q̃ acerba est peccãtiũ interior ⁊ secreta mẽtis ama ritudo. De qua Juuenalis in Satyra 13. exclamat dicens. Euasisse putas: quos diri conscia fati. Mens habet attonitos: ⁊ surdo verbere cedit. Oc culto quatiẽte aio tortore flagellum. Dic totũ vsq3 ibi. Primo q̃q3 mur mureceli. De hac amaritudine peccã tiũ clamat Propha ad aiam dicens. Hiere. 2. Scito ⁊ vide q̃ malum ⁊ amar est reliquisse te dñm deũ tuũ:

¶ 6. Lubricũ quo ad carnẽ. Hoc i lib. Judicũ designat̃. c. 6. vbi dr̃. Fecerũt filij Israel malũ in cõspectu dñi: qui tradidit illos i manu Madiã. Cũq3 seuisset Israel ascendebat Amalech ceterique orientalium nationum. ⁊c.

¶ Amalech gens bruta interp̃tatur: ⁊ luxurie: ac carnis vitiũ brutale p̃fi gurat: peccante Israel: sub Amalech captiuatur: q2 rõnalis creatura dñm deũ suũ peccãdo deserit: sub luxurie ⁊ carnis vitio subiugatur: cuius ra tio talis assignat̃: q2 vt dicit. s. Tho. in. q. de pctõ originali ar. 2. ⁊. 7. ⁊ d̃ pec cato veniali ar. 7. Quãdiu portio ra tionis superior deo p obedientiã sub iecta fuit: tãdiu ⁊ caro aĩe: ⁊ sensus ra tioni subiecti sine rebellione extite rũt. Sed cũ deo superior ratio rebel lauit: ⁊ sensus cõtra rõnem ⁊ caro cõ tra aiam rebellauerũt: sic ⁊ mõ iusto dei iudicio: qñ hõ mortal̃r peccãdo a dei obedia subtrahit̃: sub carnis dñio merito fatigat̃: vt rebellẽ seruũ sen tiat: qui dño suo rebellare nõ veret̃. Duodecim. n. p̃dicte leges: q̃si. 12. fre na sunt carnẽ nr̃a3 a luxurie vitio re frenãtia: qb⁹ p mortale pct̃3 diruptis: caro nr̃a qi equ⁹ effren⁹: i luxuriẽ cur sum tota resoluit̃. Unñ 3 aia3 peccatri cẽ clamat de⁹ dicẽs: Hiere. 2. A secu lo cõfregisti iugũ meũ: rupisti vincula mea: ⁊ dixisti: nõ seruiã. In oĩ. n. colle sublimi: ⁊ sub oĩ ligno frõdoso tu p sternabaris meretrix. Ecce quõ p fra ctionẽ p̃cepti: ⁊ p subtractionẽ ser uitij anima cadit in meretriciũ.

¶ 7. Maliciosu3 q̃ ad desideriũ. Hoc in lib. Jud. figurat̃. c. 6. vbi scribitur. Fecerũt filij Israel malũ in cõspectu dñi: q̃ tradidit illos i manu Madian septẽ annis: ⁊ oppssi sũt valde ab eis.

¶ Madian vt ibidẽ dic Lyra i suis moralib⁹ i interp̃tat̃ iniquitas: ⁊ põt nõ incõgrue figurare maliciã: siue pct̃m ex malicia cõmissum. Cũ Israel pec cat sub Madian captiuat̃: q2 cũ rõna lis creatura p pct̃3 a deo elõgatur: ad hoc deducit̃: vt sub ppria malicia ⁊ iniquitate captiuet̃. Est aũt malicia: vt dic Sco. in. 2. di. 43. q. 2. Cũ volun tas absq3 passione in appetitu sensiti uo: ⁊ absq3 errore in intellectu ex p pria libertate nullo alliciente tẽdit in malũ vel i apparẽs bonũ: hec aũt ma licia ⁊ iniquitas tanto in bonũ crescit: quãto p pct̃m a diuina bonitate elon gatur: ⁊ q̃to multiplicant̃ pctã: multi plicat̃ ⁊ malicia. Unñ scribit̃ Eccl. 34. Qui in multis fatu⁹ ẽ: multiplicabit maliciã. Heu q̃ta nunc viget in homi nib⁹ malicia: q̃tus diuine maiestatis cõtẽptus: q2 scribit̃ Eccõ. 9. Unñ ⁊ cor da filior̃ hoiu3 implent̃ malicia ⁊ cõ temptu in vita sua: ⁊ post hec ad infe ros deducẽtur. Practica.

Ertiū mysteriū dicit maledictio. ¶ Declarata mortalis peccati grauitate ex sua miserabili subiectione videre restat: q̄ graue & ponderosuꝫ & abbominabile sit ex sua: quā secuꝫ trahit: multiplici maledictione. Nā dicit in verbis assumptis. Ecci.41. Ueh vobis impij: qui dereliquistis legeꝫ dñi altissimi. Et si nati fueritis: in maledictione nascemini: & si mortui fueritis: in maledictione erit pars vestra. Peccatū autē mortale miserū peccatorē decē terribilibus maledictionibꝰ subijcit: que seriatim describunt. Deutero.28. & sunt tā horribiles: q̄ miserū pctōreꝫ a capite ad pedes horrore & tremore cōcutere deberēt. Nōis nāq̄ in pctō mortali exn̄tis a deo maledicta sūt.

¶ Primo. oīa opera actiue vite. Unde dr̄ Deuter.28. Qꝫ si audire nolueris vocē dñi dei tui: vt custodias & facias oīa mandata eius: venient super te oēs maledictiones iste: & apprehendent te. Maledictus eris i ciuitate. i. in operibus vite actiue: que pertinēt ad policiam: vt ibi dicit Lyra in suis moralibus. Sicut.n. declarat Sco. in prologo primi sentētiarū.q.4. & in primo di.3.q.vlt. & in.2.di.24. Anima rōnalis aliqñ cōuertit ad obiecta tpalia p portionē inferiorē rōnis: occupādo se in his que ad actiuā ptinēt vitā. Ad vitā āt actiuā pertinēt septē opera misericordie corporalis ſm septem corporales necessitates hominis mortalis: vt dicit Lyra: sup Mat 25. & in hoc versu continentur vꝫ. Uisito: poto: cibo: redimo: tego: colligo: condo. De quibus in di.86.c. Nō satis: & in pluribus alijs capitulis ibidem. Ad eādē etiā pertinent septem opera misericordie spūalis: que i hoc versu cōtinent. Cōsule: coge: doce: solare: remitte: fer: ora. De quibus plura vide.45.di.c. Disciplina.c. Et qui emendat.c. Tria. cū sequentibus. Si hō ergo est in peccato mortali: & i illo intendit permanere nec se emēdare. Si visitat infirmos: illa visitatio ē a deo maledicta: si dat alicui sitiēti potuꝫ: illa potatio est maledicta: si alicui esurienti cibū donat: illa elemosina ē a deo maledicta: si redimit captiuos: redemptio est maledicta: si peregrinos hospitat & colligit: illa recollectio est maledicta: si mortuos sepelit: illa sepelitio est maledicta. O horribile & tremēdū dei iudiciū. Similiter quo ad opa mie spūalis: si alicui consulit: Si quem ad bonum cogit. Si quem docet. Si quem cōsolat. Si iniurias offendēti remittit. Si tribulātes patienter supportat. Si p inimicis vel amicis orat. Dic omnia sigillatiꝫ. Dec oīa sunt maledicta: q2 clamat deus. Maledictus eris in ciuitate. i. in omnibus operibus actiue vite.

¶ 2. Omnia opera cōtemplatiue vite: Uñ dr̄ Deutero.28. Maledictus in agro. i. in operibus vite cōtemplatiue que exercet extra tumultuꝫ ciuilem. Sicut dicit Sco. in prologo primi.q.3. & in.2.di.24. Ala per superiorē rationis portionē intēdit regulis eternis. i. preceptis diuinis & superioribꝰ cōtemplādis. Qñ quis ergo ē in peccato mortali: & in eo intēdit permanere. Si deū vnicū cōtemplat: maledicta est illa cōtemplatio. Si diuinas personas. Si diuinā iustitiā. Si diuinum intellectū. Si diuinā volūtatē. Si diuina pcepta: maledicte sunt iste cōtemplationes: q2 clamat deus Deutero.28. Maledictꝰ in agro. i. in oībus operibus vite contemplatiue.

¶ 3.

¶3. Oia merita preterita. Uñ dr Deu tero.28. Maledictũ horreũ tuũ.i.fз Lyrã in moralib⁹ merita reposita a deo ꝛ cõseruata hoi i tẽpore futuro. Sicut.n.in horreo cõseruaꝶ granum pro tpe cõgruo: sic merita facta ab homine existẽte in gratia: a deo benedicto in paradisi horreo conseruantur: sed cũ postmoduз mortaliter peccat oia sunt maledicta: nec sufficiũt ad salutẽ vide Sco.in.4.di.22. Ideo dicit ille. Maledictũ horreũ tuum.

¶4. Oia bona exẽpla. Uñ dr Deute. 28. Maledicte reliquie tue. Reliquie dñr quasi alijs relicte: ꝛ bona exẽpla: que alijs prosunt ꝛ alijs relinquunꝶ: prefigurãt. Si ergo quis in pctõ mortali sit constitutus: si proximis bona exẽpla pbuerit: maledicta sũt exẽpla illa: qꝛ nõ sunt deo grata: cũ nõ sint ex charitate emanata. Uide Sco.in qli. q.17.ar.2. Uñ dic. Maledicte re. tue.

¶5. Omnes meditatiões mẽtis. Uñ dr Deuꝶ.28. Maledictus fruct⁹ vẽtris tui.i. meditationes mentis tue. Mens.n.est q̃si vẽter cõcipiẽs meditationes quasi filios: Sed si quis ĩ pctõ permanere desiderat: ꝛ aliquid meditaꝶ. Maledicta ẽ meditatio illa qꝛ deo ĩgrata. Uide Sco.in.2.di.42 Ideo Maledict⁹ fruct⁹ vẽtris tui.

¶6. Oẽs operatiões corporis. Uñ dr Deuꝶ.28. Maledictus fructus terre tue.s. opatiões oẽs corporis tui. Terra.n.est corpus nostrũ de terra formatũ. Geñ.1. Fructus eius sunt eius opera ꝛ labores: quibus fatigatur in opando circa terrã ꝛ alia corporalia: de quibus Geñ.3. In laboribus comedes ex ea. Sed si quis in pctõ existit: oẽs eius labores: ꝛ oia opera corporalia sunt maledicta: qꝛ nõ sũt deo accepta. Uide Sco.in.2. di.42.q.3.

Unde Cor.13. Si tradidero corpus meũ ita vt ardeã charitatẽ aũt nõ habuero: nihil mihi ꝑdest. Uñ clamat deus. Maledictus fruct⁹ terre tue.

¶7. Oẽs operationes sensuũ exteriorũ. Uñ dicit Deuꝶ.28. Maledicta armẽta bouũ tuoꝝ. Per boues intelligunꝶ sensus exteriores vt ibi dic Lyra in suis moralib⁹: qꝛ p sensus cõuenit hõ cũ brutis: ꝛ sicut bos ẽ aĩal fructuosum: ita exteriores sensus cũ sunt a charitate regulati: sunt spiritualiter fructuosi: sed cũ quis est in peccato mortali: quicquid extra operatur coꝝ visu: auditu: odoratu: gustu: ꝛ tactu: est a deo maledictũ. Uide Sco in.2.di.42.q.3. O q̃ horrẽdũ ẽ istõ.

¶8. Oẽs operationes sensuũ interiorum. Uñ dicit Deuꝶ.28. Maledicti greges ouiũ tuarũ.i. operationes sensuũ interiorũ: in quibus conuenit hõ cũ brutis: vt ibi dicit Lyra. Quinqз sunt aũt sensus interiores vз sensus cõis: imaginatiua: cogitatiua: extimatiua: ꝛ memoratiua: cũ quis ẽ in mortali pctõ: oĩum hoꝝ sensuũ operationes sunt maledicte. Uide Sco.in.2. di.42.q.1.

¶9. Omne principiũ cuiuscũqз operationis. Uñ dr Deuꝶ.28. Maledict⁹ eris ingrediẽs.i. bonũ opus incipiẽs: vt dicit ibi Lyra in moralibus. Cum quis ẽ in pctõ si aliqd opus incboat: illud operis principiũ est a deo maledictũ. Uñ Ecci.41. Ue vobis impij ꝛ si nati fueritis: ecce principiũ in maledictione nascemini.

¶10. Ois finis cuiuscũqз operationis Uñ dr Deuꝶ.28. Maledictus eris egrediẽs.i. bonũ op⁹ incboatũ perficiẽs: fm Lyrã ibidẽ. Cũ qs ẽ ĩ peccato mortali: si aliqd opus complet illud cõplemẽtũ est a deo maledictũ.

Uñ dr̃ Ecci.41.Ueb vob̃ impij:qui dereliq̃stis legẽ dñi altissimi:ꝛ si nati fueritis: in maledictionibus nascemini:ꝛ si mortui fueritis:in maledictione erit pars vestra.Ecce terminũ operũ pctõꝝ. A q̃ nos liberet de⁹ bñdictus Amẽ.Uenite ḡ ascẽdamus.ꝛc.

¶ De malicia ꝛ stultitia atq3 maledictione peccãtiũ. Cap. 20.

Uenite ascẽdamus ad mõtẽ dñi:ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribunt̃ hec v̾ba Jo.3. Lux venit in mũdũ:ꝛ dilexerũt hoĩes magis tenebras q̃3 lucem. Erant.n.coꝝ mala opera.Oĩs.n.qui male agit odit lucẽ:ꝛ nõ venit ad lucẽ vt nõ arguant̃ opera eius. Quãta sit peccatoꝝ miseria:quãtã ꝑteruia p̄estantissimi auditores in Christo Jesu ex tribus singulariter demonstratur. ¶ Primo nanq3 loco miserrimi peccatores lucẽ fugiũt:ꝛ ab ea diuertũt.Uñ dr̃ Jo.3.Oĩs qui male agit: odit lucẽ:ꝛ in hoc oñdũt maliciã suã ꝛ ꝑnitatẽ ad malũ:De q̃ Gen.6.Uidit deus:q2 multa malitia hoĩu3 eẽt in terra:ꝛ cũcta cogitatio cordis intẽta esset ad malum oĩ tp̃e.Et Eccẽs.7. Impius multo viuit tp̃e in malicia sua.¶ 2.miserrimi peccatores tenebras querũt:ꝛ ad eas appropinquãt. Uñ dr̃ Jo.3.Dilexerunt hoĩes magis tenebras q̃3 lucẽ:ꝛ in hoc oñdũt stultitiã suã eligẽdo viã tenebrosa3: ꝛ relinquẽdo viã clarã.Uñ scribitur Eccẽs.2.Stultus in tenebris ambulat.¶ 3.loco miserrimi pctõres increpationes fugiũt:ꝛ ab eis diuertunt. Uñ dr̃ Jo.3.Nõ venit ad lucẽ:vt nõ arguant̃ opa eius.Et in hoc demonstrãt se dignos morte:q2 scribit̃ Prouer.15.Qui increpationes odit:moritur.Et dignos dei maledictione ꝛ eterna dãnatione.q2 scribit̃ Sap.12. Qui increpationibus nõ sunt correcti:dignũ dei iudiciũ expti sunt. ꝑp̄ h̄ clamat Ueritas dicẽs.Lux venit in mũdũ:ꝛ dilexerũt hoĩes magis tenebras q̃3 lucẽ.Erãt.n.coꝝ opa mala. Que sunt verba assumpta ꝑ fundamẽto:ꝛ iterũ replicata dicũt ĩ hac forma.Lux venit ĩ mũdũ ꝛc̃.Carissimi scribit̃ Eccẽs.11.Dulce ẽ lumẽ ꝛ delectabile ẽ oculis videre solẽ: dicit ille. Hoc ẽ veꝝ in illis:qui sanos hñt oculos:non aũt in habẽtibus egros:imo tales solẽ videre nõ pñt: Sic qui hñt oculos spũales sanos:in visione lucis ꝛ iustitie delectant̃:qui aũt infirmos hñt pctõꝝ tenebras querũt:ꝛ lucem iustitie videre nõ pñt. Tria ergo ĩ propositis v̾bis declarãda mysteria ꝑpo(nem⁹.

¶ Primũ peccãtiũ malicia.

¶ Secũdũ peccantiũ stultitia.

¶ Tertiũ peccãtium supplicia.

Primũ mysteriũ dr̃ peccãtiu3 malicia.Et istud notat̃:cũ dr̃: Qui male agit:odit lucẽ.Malicia aũt peccãtiũ cõsistit ĩ odiẽdo lucẽ:ꝛ fugiẽdo ipsam: Et q̃3 grauis sit peccãtiũ malicia:facile ꝑpendi põt:si diligẽter cõsideremus multiplicẽ lucẽ:quã miserrimi peccatores peccando fugiunt ꝛ odiunt. Peccantes.n. ¶ Primo odiũt lucẽ eternã. Hoc ẽ legẽ eternã. Nã vt scribit̃ Prouer.6. Mãdatũ lucerna ẽ:ꝛ lex lux:lex.n. est quedã lux dirigẽs ĩ agẽdis: vitãdis:sperãdis ꝛ timẽdis. Est ãt vt dicit Alex.de ales in.3.pte.q.26.mẽ.3. ꝛ Aug.ĩ lib.1.de lib.arbi.Lex eterna sũma rõ:cui semp obtẽperãdũ ẽ:per quã mali miserã:boni bonã vitã merent̃:per quã illa lex que tpalis ẽ:recte fert̃:recteq3 mutat̃: ꝛ qua iustũ ẽ vt oĩa sint ordinatissima. Et vt dicit Alex.

Alex.ibidē memb.8.est idē qđ volū tas diuina:q̄ et bonū acceptat: et qđ bonū et malū est:simul ordinat. Hec lucē eternā et legē eternā:que deus ē peccātes mortaliter odio hn̄t et fugiūt et elōgant ab ea: q: oppositū operant eius: qđ p̄cipit et docet. Sicut.n.dic Sco.in.2.di.6.q.1.et.2.et di.35. Peccātes mortaliter vident deū vel formaliter vł virtualiter saltē odire: formaliter in actu odij: virtualiter i actibus aliorum pctōrum mortaliū: q: nolunt aliquid ad qđ sequit nolle deū esse: et hoc ē deū odire: Et sic mortaliter peccans odit eternā lucē: odit et eternam legē: odit et deū. Et siquis in mortali peccato exn̄s dicat. Ego nō odio deū. Ipse mētit: q: scribit.1.Io.p. Deus lux est: et tenebre i eo nō sunt vlle. Si dixerimus qm̄ societatem habemus cū eo: et i tenebris ambulamus: mētimur: et v̄itatē n̄ facim⁹. Et iō clamat Ueritas Io.3. Qui male agit odit lucē: Ex q̄ pz: q̄ malū sit mortale pctm qđ a tāta luce difugit et separat.

¶ 2.lucē angelicā. Hoc ē angelicam legē: que ēt lux est. Nā creatis angelis triplex eorum mentibus cognitio indita est: cognouerūt.n.superiora: equalia: et inferiora: superiora vt sup oīa diligēda: equalia.s.ceteros spiritus vt se diligēda: inferiora vt a se dirigēda et disponēda. Uñ et angelica nā p hanc triplicē cognitionē illuminatiuam dr̄ lux: cū scribit Gen.p. Fiat lux et angelica nā tripliciter illuminata: de qua Alex.de alis in.2.parte.q.49.mēb.1. Cōcordat Sco.in.2.di.3.q.9. Hanc lucē et angelicā legē peccatores odio hn̄t et fugiūt: q: cōtrariū operant. nō diligētes deū sup oīa: nec pximū sicut semetipsos: nec inferiora hn̄ disponēdo. vñ et angelica illuminatione indigni sunt.

¶ 3.lucē nālē. Hoc est nālē legem: que etiā lux q̄dā ē: s̄m illđ ps.4. Signatū ē sup nos lumē vult⁹ tui dn̄e.i.lex nālis. Uñ sicut dic Alex.de alis in.3.parte.q.27.mēb.1.ar.1.et memb.2.ar.3. Lex nālis ē notio legis eterne impressa aīe: que quidē ē imago et similitudo ipsius diuine legis et diuine bonitatis in anima: sicut enim imago que est in sigillo: est imprimens. que autē in cera impressa ē et imago illi⁹ que est in sigillo: ita lex eterna ē imp̄mēs: lex nālis ē aīe impressa: et hec lex nālis p̄ et p se est regula facultatis et liberi arbitrij indicās quid faciēdū et quid nō. Mediāte aūt cōsciētia ē regula rōnis: q: cōscīa ex lege format: mediāte vero synderesi que ē scintilla cōscīe: est regula ipsius voluntatis. Hec ex Alex. Hāc lucē et nālē legem peccātes odio hn̄t et fugiūt: facientes totū oppositū eius qđ p̄cipit. Faciunt enim ꝯ synderesim stimulātē voluntatē. faciūt ꝯ cōsciētiā stimulātē intellectū siue rōnē: faciūt ꝯ dictamen legis nālis: que dicit illud Thob.4. Quod ab alio oderis fieri tibi: vide ne tu aliqn̄ alteri facias: et illud Mat.7. Oīa q̄cūq̧ vultis vt faciant vobis homines: et vos facite illis.

¶ 4.lucē diuinā. Hoc ē diuinā legē: q̄ est lux q̄dā dicēte Salo. Prouer.6. Mādatum lucerna: et lex lux. Uñ et cum igne lumine et fulgoribus data est. Exo.19. Hec aūt lex siue lux diuina cōsistit i decē p̄ceptis ptim affirmatiuis: partim negatiuis: vt pz Exo.20. s̄m decē que vel agēda vel vitāda sē circa deū et pximū nostrū: put dicit illumiat⁹ doctor Frāc. May.i tract. x.p̄ceptorum. et Bona.i.3.di.37.ar.2.q.1 et.8. Tho.1ª2ᵉ.q.c.ar.5.et in.3.scripto. di.37.q.1.ar.2. Hanc diuinam lucem

& diuinam legē pctōres odio hñt & fugiunt: ɔtra decē dñi pcepta operādo: furando: adulterando: falsa testimonia pferēdo: vide. c. Meretrices. 32. q. 4. Et magis principū: vel regū: q̄ dei pcepta reuerent & formidāt cōtra c. Que cōtra. di. 8. & c. Si is. xi. q. 3.

¶ 5. Lucē Mosaicā. Hoc ē Mosaicā legē: que ēt lux quedā est: fm illō ps. 18. Preceptū dñi lucidū illuminans oculos. Vñ & in luminare minus figurat: quod pereat nocti: idest iudeorū tenebrositati. Hec lex mosaica vt dicit Alex. de alis in. 3. parte. q. 28. pp triplicē vtilitatē data est. ¶ p. in adiutoriū & explicationem legis nature: & hoc quātū ad diuinā misericordiaz. ¶ 2. in correctionē & cohibitionē legis pcti vel fomitis: & hoc q̄tū ad diuinā iustitiā. ¶ 3. in signū & significationē legis gratie siue euāgelice: & hoc q̄tū ad diuinā sapientiā: que p legem mosaicā dirigebat in legē euangelicā. Et in hac lege erāt moralia ad dilucidādam legem nature & hoc ad instruendū: sapientes: & iudicialia ad coercendū legē cōcupisc & fomitis: & hoc erat duris in flagellū: & cerimonialia seu figuralia ad figurādā legē grē: & hoc erat iustis i signū. Hāc mosaicā legē pctōres odio hñt & fugiūt: qui cōtra moralia mosaice legis q̄tidie male opant: mentiēdo: furādo: ɔcupiscēdo: & cōtra iudicialia: vulnerādo: mutilādo: occidēdo. & cōtra cerimonialia in Christi fide deuiādo: ydolatrādo: demones inuocādo: supstitiones exquirendo.

¶ 6. Lucē pphēticā. Hoc est pphēticā legē: que ēt lux illuminās est: fz illō ps. 75. Illuminās tu mirabiliter a montib⁹ eternis. i. ab eminētib⁹ pphetis. Sicut. n. dicit. s. Tho. 2ª 2ᵉ. q. 171. ar. 2. Cū pphetia pertineat ad cognitionē: que existit supra rōnem naturalē: cōsequēs ē: q ad pphetiā requirat q̄dda lumen intellectuale excedēs lumē naturalis rōnis. Vñ scribitur Michee. 7. Cū sedero in tenebris: dñs lux mea est. Hoc pphēticū lumen. ¶ p. cōtra vitia clamat iuxta illud Isa. i. Veh gēti peccatrici. ¶ 2. ad mundiciam inuitat Isa. i. Lauamini: mūdi estote. ¶ 3. ad Mesie pparationē inuitat dicēs Amos. 4. Preparare in occursuz dei tui Israel: & Matthei. 3. Parate viā dñi. Hanc pphēticā lucē: & hanc pphēticā legē peccatores odio hñt & fugiūt: vitia colētes: mūdiciā abhorrentes: viā ñ Christo: sz Antichristo & diabolo ppāratēs.

¶ 7. Lucē euangelicā. Hoc est euangelicā legē: que pcipue lux est: cū eius legislator sit lux vera: q̄ illuminat oēm hoiem. Io. i. Et in luminari maiori quod preest diei. i. populo christiano illuminato figurat Gen. i. De hac euāgelica lege multa dicit Alex. de alis in 3. pte. q. 28. memb. 3. & 4. Hec lex ad duo principaliter stimulat: vz ad obseruantiā decē pceptoꝝ: que sunt ad salutē necessaria: dicens Matth. 16. Si vis ad vitā ingredi serua mandata: & ad obseruātiā cōsilioꝝ: que sunt perfectionis & supererogationis dicens. Matth. 19. Si vis perfectus eē vade & vende oīa que hēs: & da pauperib⁹. Hanc euangelicā lucē pctōres odio hñt & fugiūt: dei pcepta transgrediendo: cōsilia pfectionis paruipendēdo: q2 lux venit in mundū: & dilexerūt hoies magis tenebras q̄ lucem. Erant. n. eoꝝ opera mala. Et qui male agit: odit lucem.

¶ 8.

¶8. Lucē apostolicā. Hoc est aposto licā legē et doctrinā: que lux est: iuxta illud Mat.5. Uos estis lux mundi. Nō pōt ciuitas abscōdi supra montē posita: neqꝫ accendunt lucernā: et po- nunt eā sub modio: sed super cande labrum: vt luceat oībus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corā homi nibus. ¶ Hec apostolica lux quid cla mat nisi mūdi cōtemptū: iuxta illud 1.Cor.7. Reliquū est vt qui vtuntur hoc mūdo tanqꝫ non vtant: et illud.1. Jo.2. Nolite diligere mundū: neqꝫ ea que in mūdo sunt. Et eternoꝝ et cele stiū desideriū iuxta illud ad Collo.3. Si cōsurrexistis cū Christo: que sur sum sunt querite: vbi Christus ī dex tera dei sedens: que sursum sunt sa- pite: non que super terrā. Contra hāc apostolicā lucē operanē peccatores: et eam fugiūt et odio habēt: toto corde terrenis et tēporalibus per desideriū inherēdo celestia et diuina paruiden do: ānimo nec cogitādo: qꝛ pnihilo habuerūt terram desiderabilem.

¶9. Lucem canonicā. Hoc est canoni cam et ecclesiasticā legē: que etiā lux est: et in luna noctē illuminānte figura tur. Can.6. De hac lege et canonica et ecclesiastica luce scribitur.6.q.4. Si inter epos. Hec lux ecclesiastica fide les illumiat et exhortaē circa credēda et circa ecclesiastica sacramenta: sicut patet in decretis et decretalibus: et cir ca beneficia ecclesiastica: vt pꝫ ibideꝫ. Hāc canonicā lucē et ecclesiasticā le- gē peccatores odio habent et fugiūt: quia quotidie circa ea que sunt fidei multipliciter peccāt: sacramēta pro- phanāt: matrimoniū violant: pniam spernūt: ordines sacros vilipendunt: corpus et sanguinē Christi cōculcāt: bona ecclesie dilapidāt: furanē: occul tant: et qꝛ male agunt: ideo odiunt lu- cem et tenebras querunt.

¶10. Lucē theologicā. Hoc est theolo gicā legē: et theologicā doctrinā: que lux est. nam doctores alios illuminā tes lux mūdi sunt: iuxta illud Dan.12 Qui aūt docti fuerint fulgebūt qua- si splendor firmamēti: et qui ad iusti tiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Concordat.c. sacerdotes.9ꝫ.di. Hec theologica lux et doctrina: q̄d aliud facit nisi instruē do circa credenda: circa operanda: cir ca sacramēta: circa penaꝫ et gloriaꝫ: Hāc legē miserrimi peccatores odio habēt: fugiūt et declināt: nō curantes de fidei instructione: nec de virtutibꝰ nō timētes penam: nec gloriam desi- derantes.

¶11. Lucē moralē. Hoc est moralem legem: que etiam lux est: qꝛ dirigit in agendis. Unī et Phūs in.5. Ethi. Ju stitiam que est virtutū moraliū excel lentissima: stelle cōparat matutine.i. lucifero: et Prouer.4. dicit. Justoꝝ semita quasi lux splendens. Hec lux moralis: quid aliud clamat nisi con- demnando extrema que sunt vitiosa et cōmendādo media que sunt virtuo sa: sicut pꝫ in.2.3.et.4. Ethicoꝝ. Hāc moralē et virtuosaꝫ lucē peccatores odio habēt et fugiūt: qꝛ querūt extre ma que sunt vitiosa: quidam.n. aua- ritie studēt: quidā prodigalitati: qui dam in verbis sunt vani: quidā biro nici: quidā scurre: quidā rustici: qui dam adulatores: quidam cōtentiosi: sic in omnibus aliis plurimi currūt ad extrema que sunt vitiosa: sed ad mediū virtutis rari accedūt: qꝛ rara auis in terris. Quinimmo virtutum

lucē ⁊ splēdorē fugiūt ⁊ odio habēt: q: Qui mala agit odit lucem.

¶12. Lucem imperialē. Hoc ē ciuilem ⁊ imperialē legē: que etiā lux est dirigens in iudicijs decernendis: vt in.c. In istis temporalibus legibus di.4. Uñ Prouer.6. Mandatū lucerna ⁊ lex lux. Propriū aūt legis est ꝙ precipit viuere ſm omnē virtutē ⁊ vitiū vnūqdq; ꝓhibet: vt dicit Phs in.5. Ethi. Concordat.c. Ois aūt lex.di.3. ⁊.c. Facte sūt aūt di.4. Hec imperialis lux ⁊ lex vetat ⁊ prohibet vsuras: rapinas: furta: homicidia: falsa testimonia: iniustam occupationes aliene rei: venena: diuinationes: ⁊ innumera vitia: sicut patet per totū ciuilis iuris corpus. Hāc lucē ⁊ imperialē legem peccatores odio habent: fugiunt ⁊ declinant: furtū: rapinā: vsurā ⁊ homicidia perpetrādo: occupādo alienas res iniuste: false testificando: venena ꝓpinādo. O quot iniqua ⁊ iniusta quotidie in curijs in palacijs cōtra leges cōmittunt: per munera per preces: per humanos fauores: male iudicādo: sententias iniquas ꝓferendo ⁊ nigrū in candida cōuertēdo. Uñ clamat Ueritas Io.3. Uenit lux i mūdum: ⁊ dilexerūt magis tenebras ꝙ̄ lucē. Erāt.n. eoꝝ opera mala. Ois.n. qui male agit: odit lucem.

Secundū principale mysteriū dicit peccātiū stultitia. ¶Et istud designat cuꝫ dicit Io.3. Dilexerunt magis hoies tenebras ꝙ̄ lucem: erant.n. eoꝝ opera mala. Ubi aduertendum est ꝙ ſm diuinas lras magna ē inter stultos ⁊ sapiētes differētia. ¶Primo nanq; sapiēs lucē diligit ⁊ querit: stult⁹ vero tenebras amat. Eccs.2. Sapiētis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. ¶2. sapiens peccata declinat: stultus vero ea amplectitur. Eccl.3. Sapiēs cor ⁊ intelligibile abstinebit se a peccatis: ⁊ in operibus iustitie successus habebit. Stultus vero totū oppositum operat. ¶3 sapiēs periculū peccati formidat: stultus vero peccat ⁊ ridet ac confidit. Prouer.14. Sapiēs timet ⁊ declinat a malo: stultus trāsilit ⁊ cōfidit: ⁊ Prouer.10. Quasi per risum stultus operatur scelus. ¶4. sapiens in lumine ambulat: stultus i tenebris.1. Io.2. Qui diligit fratrem suū in lumine manet: qui āt odit fratrem suū in tenebris est ⁊ in tenebris ambulat ⁊ nescit quo vadat: q: tenebre obcecauerūt oculos eius: Et ideo bene dicit Ueritas de pctōrib⁹. Dilexerūt magis hoies tenebras ꝙ̄ lucē. Et vere hoc ē signū magne stultitie ⁊ magne demētie qrere tenebras ⁊ lucē declinare. Uñ ⁊ peccatores cōgruentissime vocantur stulti. Eccs.1. Stultorū infinitus est numerus. Licet aūt peccantiū plurimi sint stultitie gradus: duodecim tñ pro nunc sigillatim ⁊ ordinate describemus.

¶Primus stultitie gradus ē. Quia pctōr mortaliter peccādo ab oīuꝫ bonoꝝ auctore recedit. Nā vt dic Mgr in.2.di.35. Per pctm̄ priuat hō illo bono: cuius participatione cetera bona sunt: quo tāto magis priuat ꝙ̄to magis se ab eo elōgat: ab eo āt se elōgat hō per pctm̄ nō loci distantia: sed dissimilitudine: ⁊ tanto longius quāto fit dissimilior. Hec ille: huic sentētie cōcordat Sco.in.2.di.35. dicens. Peccatū est auersio formalis vel virtualis a deo ⁊ ab vltimo fine: ⁊ vere hec est magna stultitia ab oī boni fonte recedere

recedere & se elongare. Unde clamat dñs Osee.7. Ue eis quoniã recesserunt a me. Unde & Aug. Tale bonum est deus: vt nemini eum deserēti bene sit. O q̃ demens & insana peccātiū stulticia: ab eo in quo est omne bonū recedere. Hi sūt sicut & paruuli insensati: qui ꝑ pomo vel flore aurū & margaritas paruipēdūt & abijciūt.

¶ 2. Gradus est. Quia peccans mortaliter cōtra omnipotentē inimicitiā & guerram facere presumit. Nā per ipsum peccatū mortale inter deum & hoiem oritur inimicitia: sicut innuit Sco. in.4. dist.2.q.1. Et Paulus ad Ro.5. innuit dicens. Cū inimici essemus deo: reconciliati sumus p mortē filij eius. Et cū inimicis suis deus preliatur: sicut testatur in ps.93. dicens. Quis cōsurget mecū aduersus malignantes? Aut quis stabit mecū aduersus operantes iniquitates? Et Deutero.32. Si acuero vt fulgur gladium meum. Reddā vltionē hostibus meis: & his qui oderunt me retribuā. Et istos suos inimicos deus persequitur dicente ꝓpheta in ps.82 Persequeris illos in tempestate tua: & in ira tua turbabis eos. Et ideo cū deus sit omnipotēs: extrema dementia & stulticia est velle cum deo guerram facere: quia vt scribitur Act.9. Durum est cōtra stimulū calcitrare. Et ideo q peccatores a deo totaliter non cōsumentur & dissipentur: ex diuina ꝓcedit misericordia. Tre.3. Misericordie dñi q2 nō sumus cōsumpti: q2 nō defecerūt miserationes eius.

¶ 3. Gradus est. Quia peccās mortaliter seruit ei: cuius gratiā acquirere nequit. Sicut.n. superius est declaratum homo per mortale peccatū seruus diaboli efficitur s̃m illud.2. Petri.2. A quo.n. quis superatus ē: eius & seruus est. Unū & deuter.28. Quod si audire nolueris vocē dñi dei tui: vt custodias & facias oīa mādata eius: seruies dijs alienis ligno & lapidi. Hic aūt diabolus & si hō ei per annorū milia seruiret: nullo modo potest ei placari: aut amicus aut beniuolus fieri: quia semper mortalissime odit. Unū Grego. Stultū est obedire diabolo offenso: qui nullo placatur obsequio. O q̃ grauis stulticia est dicit Gregorius: diabolo velle seruire: qui nullo lenitur obsequio.

¶ 4. Gradus ē. Quia mortaliter peccās bona sua propria proijcit. Sicut enim declarat Sco. in.4. di.22. Hō mortaliter peccās: si in peccato mortali moritur: oīa sua merita in celo reposita perdit: q2 per peccatū supueniēs sunt mortificata. Et in eodē.4. di.16.q.2. dicit: q peccans mortaliter diuinā perdit gratiam: que est radix & fundamentū omniū meritorum: vt dicit in quolibet.q.17.ar.2. Et forma omniū virtutū: & ideo mortaliter peccans omnia bona sua proijcit. Et nō solū virtutes & opa meritoria ꝓijcit sed & intellectū: memoriā: & voluntatem & sensus proijcit oīa ad exteriora diffundēs. Unū dic dñs Osee.8. Proicit Israel bonū inimicus ꝑsequet eū. Unū de pctōre scribit. Eccl.10. Q̃m in vita sua proiecit animam suam.

¶ 5. Gradus ē. Quia mortaliter peccans: se charissime a deo emptū diabolo vilissime vendit. Quam care sit peccator emptus a deo: declarat Petrus.1. Petri.1. dicens. Non corruptibilibus auro vel argēto redēpti estis: sed pcioso sanguie q̃si agni imaculati.

Christi. Et .1. Cor. 6. Empti estis precio magno. Sed ipse diabolo se vendit vilissimo ptio. s. pro minimo peccato pro minima peccati delectatione. Un̄ Ambr. de beata vita: et in c. nō ē. 15. q. 1. Neminē diabolus iugo seruitutis astrictū possidet: nisi se ei prius peccatorum ere vendiderit. Ubi glo. Ipsum pctm̄ dat nobis diabolus p precio: vt ei nos tradamus. De ista vilissima peccatorum venditione dicit dn̄s Isa. 52. Gratis venūdati estis Et Prouer. 10. Cor impiorum p nihilo Heu quot sunt qui animam diabolo vendunt: pro minima carnis delectatione: pro minimo odio: pro minimo verbo: pro vno quadrante.

¶ 6. Gradus est. Quia mortaliter peccans: seipsum sub diaboli seruitute illaqueat. Nā quot mortalia peccata committit: tot diaboli cathenis et funibus alligatur. Un̄ et de filijs israel captiuatis sub Pharaone dr̄ Leui. 26. Ego dn̄s qui eduxi vos de terra egyptiorum ne seruiretis eis et qui confregi cathenas ceruicū vrarū vt incederetis erecti. Et. 4. Re. vlt. Uinxitque Nabucodonosor sedechiā cathenis et adduxit in Babilonē. De istis laqueis et cathenis quibus mortaliter peccās se illaqueat. scribitur Job. 18. Immisit in rhete pedes suos et i maculis eius ambulat: tenebitur planta illius laqueo. Abscondita est in terra pedica eius et decipula illius super semitam. De istis laqueis et vinculis cū quibus peccator sub diaboli seruitute se illaqueat: dicit Salomon Prouer. 5. Iniquitates sue capiunt impiū et funibus pctōrum suorum astrigēt.

¶ 7. Gradus. Quia mortaliter peccās seipsum excecat: sicut declarat Alex. de alis in. 2. parte. q. 129. mēb. 2. 4. et 5. Ignorantia et cecitas intellectus ex originali pctō traducta est: et p actuale peccatū sepe in ratione generatur: q2 mortaliter peccans in ratione excecatur. Un̄ scribitur Sap. 2. Hec cogitauerunt et errauerūt. Excecauit. n. eos malicia eorum. Heu quot sunt tales q̄ mortaliter peccando seipsos excecāt: et fiunt ignorātes et improuidi et incauti: et ideo cōtinue in peccatorum foueas dilabuntur: sed si fuerint in culpa ceci: in penis postmodū oculos aperient: dicēte Gregorio. Oculos quos culpa claudit: pena aperit. Quia sola vexatio intellectum dabit auditui. Isa. 28.

¶ 8. Gradus est. Quia mortaliter peccans: quasi insanus et furens seipsum mortaliter vulnerat: sicut enim dicit Alex. de alis in. 2. pte. q. 102. et. q. 103. et. 8. Tho. 1a. 2e. q. 85. ar. 4. et Sco. in 2. di. 35. Per pctm̄ mortale vulneratur rōnalis natura fm̄ illud Luce. 10. Et plagis impositis abierunt. Ubi glo. Pctm̄ vulnerat in naturalibus. Et ideo cū quis peccatū mortale cōmittit semetipsum mortaliter vulnerat. Un̄ dicitur Ecci. 21. Quasi rumphea bis acuta omnis iniquitas: plage illius non est sanitas: dentes leonis dētes eius: interficientes aīas hominū. O q̄ acutus est peccati mortalis gladius. Heu quot aīas interficit. Un̄ clamat Sapiēs. Sap. 16. Homo autem occidit quidē per maliciā aīam suam.

¶ 9. Gradus est. Quia mortaliter peccans ipse sibi in se locū tormentorum facit. Nā per peccatū mortale cōsciētia hoīs efficitur locus tormenti: quia sicut secura mens quasi iuge conuiuium: Prouer. 15. Ita mens mortali

peccato

peccato stimulata est iuge tormētum: Rubet auditor: cui frigida mens est Criminibus: tacita sudant precordia culpa. O q̄ graue tormentū: semp ha bet cōsciencie remorsus. Vñ Jere. 2. Scito & vide: q2 malū & amar est re liquisse te dominū deum tuū.

¶ x. Gradus est. Quia mortaliter pec cās paradisi portas obstruit: & regnū celor pcio vendit. Sicut. n. declarat Sco. in. 3. di. 19. & in. 4. di. 2. q. 1. Per pctm mortale siue originale paradisi celestis ianua clausa fuit ante Christi passionē. Et vt idē Sco. dic in. 4. di. 22. p quodlibet pctm mortale actuale ēt in lege euangelica cuilibet paradisi ianua claudit: nec cuiq̄ aperitur: nisi p grām gratū facientē. Et ideo maxi ma est peccantiū stultitia: portā para disi & ianuā celestis patrie p minima sibi delectatione cōcludere & obserra re. Hi sunt similes Esau: qui p modi co pane & p modico lentis edulio: sua pgenita vendidit. Gen. 25. Sic & pec catores p minima delectatione gau dia sempiterna proijciunt. Practica. Vñ Ber. Ueh Ueh vapor est ad mo dicum parens: quod eterne felicitatis aditū intercludit. hec ille.

¶ xi. Gradus est. Quia mortaliter pec cātes sibiipsis in inferno portā faciūt ad ingrediendum. Sicut. n. declarat Sco. in. 4. di. 14. q. 1. ar. 1. & di. 16. q. 2. Post pctm cōmissuz aīa a diuina vo luntate obligatur ad inferni penā cul pe pprie correspōdentē: & sic rema net tādiu obligata. q̄diu p grām gra tū facientē pctm ipsum delet. Ex quo pz: quod pctm porta quedā est ad in fernū ingrediēdū. Vñ dixit Christus Matth. 16. Et porte iferi n̄ pualebūt aduersus eam. Porte iferi sunt vitia & pctā: in quibus moriens ad inferna descendit. Vñ de impijs & pctōribus scribit Job. 21. Quare ergo impij vi uunt? Tenent tympanū & cytharam: & gaudent ad sonitū organi: ducūt in bonis dies suos: & i puncto ad iferna descendunt. O magna stultitia.

¶ 12. Gradus est. Quia mortaliter pec cās ad iferni suspēdiū sciēs & volens: qnimo & gaudens vadit. Nā mor taliter peccās omni die vnā dietā ad inferni suspēdiū facit. Prouer. 5. Pe des eius descendūt in mortē: & ad in feros gressus eius penetrant: p semi tam vite nō ambulāt. Et Prouer. 7. Quasi bos ductus ad victimā & qi agnus lasciuiēs & ignorās: & nescit q ad vincula stultus trahit. Heu quot miseri sunt: qui quotidie ludunt: for nicant: furantur: blasfemant: & tn̄ sic ridendo semp ad inferni suspendium pperāt. Vñ clamat Sapiēs. Ecce. 6. Quid hēt amplius sapiens a stulto: nisi vt pergat illuc vbi ē vita? Uidete & stulti & sapientes oēs currūt: sed hi ad vitā: & illi ad mortē. O magna pec catorz demētia. O magna stultitia: cū in hoīs potestate sit: poti' velle ire ad inferni suppliciū q̄ ad paradisi cōui uiū. Propter hoc clamat Salomon dicens Prouer. 4. Oculi tui recta vi deant & palpebre tue pcedant gressus tuos. Auerte pedē tuū a malo. Uias n. que a dextris sunt: nouit dominus: peruerse vero sunt: que sunt a sini stris. Ex his patent multiplices pec catorum stultitie.

Tertium mysterium dicit pec cantium supplicia. ¶ Et istud notat cū dicitur Jo. 3. Non ve nit ad lucem: vt non arguantur opera eius. Peccantes. n. correptionē & in

crepationes quasi suppliciũ fugiunt τ formidant. Sed eam euitare nõ preualẽt: qꝛ peccatoribꝰ τ in pñti τ in futura vita parata sunt τ anime τ corporis supplicia. Prouer.19. Parata sunt derisoribus iudicia τ mallei percutientes stultoꝝ corporibus. Qui ergo stulte peccãt: stulte in supplicia deducentur. In pñti aũt vita mortaliter peccantes τ diuina mãdata transgredientes a diuina iustitia duodecim crudelissimis supplicijs cruciañ: τ Deutero.28. figuratiue τ mystice τ ẽt litteraliter describunt. Nã super peccãtes diuina iustitia.

¶ Primo Mittit famem. Uñ dicitur Deutero. 28. Et si audire nolueris vocem dñi dei tui: vt custodias oia mãdata eius: venient sup te oẽs maledictiones iste. Mittet dominus super te famem. Hec est penuria verbi diuini siue diuine scientie: quo ad consilia τ ea que sunt supererogtionis. Nã qui nolunt implere minora precepta: iuste a deo maioꝝ scientia priuantur τ excecañ. De isto primo peccatorum supplicio dicit dñs Amos.8. Mittã famem in terram: nõ famem panis neqꝫ sitim aque: sed audiendi verbum dñi: τ cõmouebunt a mari vsqꝫ ad mare: τ ab aquilone vsqꝫ ad orientẽ circuibunt querentes verbũ domini: τ nõ inuenient. Heu quot hoc supplicio a deo percussi sunt τ percutiunt in tempore noue legis: qui religiosoꝝ vitã paruipendũt: nec cognoscunt. sed vilipendunt.

¶ 9. Martem. Per peccatum Ade Mars qui est calide: sicce ꝛ adusti ue nature: ꝛ significat bellorꝫ duces: milites: macellatores: fabros: ꝛ carnifices homines occidentes: influit ꝛ inclinat ꝛ disponit homines mortales ad iracundiam: lites ꝛ iraꝫ. Que ꝙ graue vitium sit ꝛ ꝙti discriminis. Uide.s. Thomaꝫ.2ª2ᵉ.q.158. Hic Mars ꝙuis sua influentia non necessitet homines ad iram vel ad lites: vt dicit Scotus in.2.dist.14.q.3. tamen adeo vehementer inclinat: ꝙ omnis domus: omnis vicus: omnis ciuitas: ꝛ omne regnum: iracundia: furore: litibus: dissensionibus: partialitatibus: discordijs: ac bellis plenum est: que ꝛ animam ꝛ corpus ꝛ substantiam perdere compellunt: vt in.c.Ysmael.56.di.c. Oblationes.90. dist.c. Abijt.xi.q.3.

¶ x. Iouem. Per peccatum Ade Iupiter qui est nature calide ꝛ humide temperate ꝛ significat episcopos: prelatos: ꝛ viros diuites: influit ad gule iocunditatem: que est vitium capitale ꝛ plurium malorum radix: vt patet per Alex.d alis in.2.parte.q.159. Hic Iupiter ꝛ si non ad gule lasciuiam necessitet: tamen adeo ad gule iocunditatem impellit: ꝙ omnis abstinentia ablata est: ieiunia confusa: epule: cõuiuia: lauti cibi: lautioresꝙ potus ab omnibus ꝛ vbiꝙ requiruntur: vigilie ꝛ temporalia minime seruantur: sed gula vbiꝙ regnat. vide.35. dist.c. Luxuriosa.c.Uenter.c.Uinolentum

c. Luxuriam facit. c. Sexto die: vide de Conse. dist. 5. c. Quadragesima. c. Ieiunia. c. Non dico. cum omnibus sequentibus. O quantam ruinam facit in vniuerso.

¶ 11. Saturnum. Per peccatum Ade Saturnus qui est frigidus et siccus: et senum ac vilium hominum significatiuus: cum sit tristis et infelicis influentie: influit et inclinat homines ad accidiam et tristitiam spiritualis et diuini boni: que est periculosum et perniciosum peccatum et multorum vitiorum radix: vt dicit Alexander de alis in.2. parte. q. 157. per totam questionem: et licet non necessitet ad hoc peccatum: tamen adeo inclinat et disponit: quod omnes quasi homines abhorrent et abbominantur omnia spiritualia: ieiunia: confessiones: communionem: predicationem: missas: orationem: meditationem: contemplationem: et non delectantur: nec strenue operantur nisi circa temporalia et corporalia: prout habetur in. c. Omnes. 47. dist.

¶ 12. Firmamentum. Per peccatum Ade firmamentum quod est ignee nature: vt dicit Bona. in.2. dist. 14. ar. 1. q. 2. et propter multitudinem luminarium habet multiplicem influendi virtutem: vt dicit Bona. ea di. q. antepenultima et vltima. influit ad varias infirmitates: dolores et angustias corporales: vt etiam innuit Sco. in.2. di. 14. q. 3. Et tanta est hec influentia super humana corpora: quod quasi nihil aliud sentitur in hoc mundo: nisi dolores: febres: gutte: catarri: aposteme: pestilentie: dolores dentium: oculorum: mamillarum: pedum: renum. Unde vnusquisque dicere potest illud ps. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

¶ 13. Primum mobile siue Crystallinum. Per peccatum Ade primum mobile siue Crystallinum: quod vt dicit Bona. in.2. di. 14. ar. 1. q. 1. et ar. 4. q. 3. est perfecte perspicuitatis et effectiue frigiditatis: et per motum suum confert plurimum ad conseruationem rerum corruptibilium: contaminatum est: quia modo per suum motum continue corrumpit et destruit hominis vitam: et ducit ad mortem: quod sine peccato precedente non accidisset: quia dominium corruptiuum super humana corpora non habuisset: vt dicit Alex. de alis in.2. parte. q. 99. mem. 3. Preterea si peccatum non fuisset: numerus electorum forte iam completus esset: et sic primum mobile a motu quiesceret: et ideo per peccatum inquietatur: et in motu perseuerat: et in motu continuando continue humanam vitam diminuit. Et sic peccatum contaminauit primum mobile.

¶ 14. Empireum. Per Ade peccatum etiam empireum celum contaminatum probabiliter. ¶ Primo quia cum prius quam homo peccaret haberet influentiam optimam corporibus nostris et animabus amicam: vt dicit probabiliter s. Bona. in.2. di. 2. ar. 3. q. 2. post peccatum factum est influentie male sicut alia celestia corpora: vt innuit Alex. de alis in. 2. parte. q. 99. membro. 3. ¶ 2. quia per peccatum Ade clausa est ianua illius celi empirei toti humane nature: vt dicit Sco. in.3. di. 19. et in. 4. d. 2. q. 1. et stetit clausa vsque ad Christi passionem: et quotidie clauditur peccatibus

mortaliter per actualia peccata: vt innuit Sco. in.4.di.22. Et sic p3: quõ pctm̃ cõtaminauit totũ mundũ sensibilẽ z corporalẽ: z que prius erãt homini amica z cõferẽtia: facta sũt ei inimica z ꝑsequentia: vñ z ab his oĩbus hõ flagellat. Terra.n.cum laboribus fatigat: aqua submergit: aer suffocat: ignis excruciat.zc. Uñ scribit Sap. 8. Pugnabit cũ illo orbis terraꝝ contra isensatos. Heu qualis pugna. heu quot verbera: q̃t flagella: q̃t mortes: a mũdo sensibili z corporeo: in sui pctĩ vindictã humana patit creatura.

¶ 15. Hec oĩa insimul. Nã p pcĩ3 Ade Sol sex luminis sui partes amisit: vt dicunt aliqui doctores z Glosa super illud Isa.30. Erit lux lune sic lux solis: z lux solis erit septẽpliciter sicut lux septem dieꝝ: que in die iudicij restaurabunt. Et q2 Sol z Lunã z ẽt stellas ꝓbabiliter illuminat: vt volũt aliqui: sic dicit Bona.in.2.d.14.circa literã ꝓpe fine: sic possumus dicere: ꝙ p pctm̃ oĩa celi luminaria sex sue lucis z claritatis partes perdiderunt: z sic oĩa p pctm̃ obscurata z obtenebrata sunt. Et sic p3 quõ modicũ fermẽtum peccati totã mundi massam corrupit: terram: aquam: aerem: ignem: z omnia supradicta.

Secundo pctm̃ cõparãdũ est ad mundũ angelicũ z intellectualẽ. ¶ Ubi aduertendũ ꝙ pctm̃ mortale corrupit: venenauit: maculauit z cõtaminauit totũ angelicũ z intellectualẽ mũdũ: qui in nouẽ angeloꝝ choris cõsistit: ꝑut recitat Dioni. de celesti hierarchia.c.6.in fine. Et.s. Bona.in.2.di.9.in.q.circa literam: z ar.1.q.4. z hoc sic distincte z particulariter declarari põt. Corrupit.n. z cõtaminauit.

¶ Primo Choꝝ angeloꝝ: qui in intellectuali z angelico mũdo infimi sunt. ¶ Primo q2 tertiã partẽ illius chori traxit de celo: z ꝑduxit ad dãnationẽ: ꝑut volunt aliqui sup illud Apoc.12. Ecce draco magnus: z cauda ei9 trahebat tertiã partẽ stellaꝝ celi: z misit eas in terrã. Cauda draconis est astutia diaboli. Stelle celi: sunt angeli dei. Et q2 vt scribit i Cõpẽdio theologie lib.2.in.c.de Casu locali angeli. Quilibet angeloꝝ chorus cõtinet in se siue in numero. 6666. legiones angeloꝝ. Et quelibet legio cõtinet. 6666. angeloꝝ: vñ iste chorus h3 trenta z noue millioni. z noue cento nonãta z sei milia angeli: z tertia eius pars est.13.millioni: trecenta z triginta duo milia angeloꝝ. Si ḡ traxit tertiã partem: vide quãtũ choꝝ illum cõtaminauit. Et si quis diceret: quis scit si tertiã parte3 traxerit vel ne: Ego rñdeo: ꝙ z forte plusꝗ̃ tertiã partẽ secũ traxit diaboli malicia. Satis est: ꝙ plurimũ inquinauit z ꝑturbauit choꝝ illũ. ¶ 2. q2 fecit angelos illius chori plurimũ laborare i adiutorio bonu3 singulariũ incitãdo ad bonũ: z roborãdo cõtra demonũ tentationes: retrahẽdo a malo: nõ aũt tãtũ laborassent: si pctm̃ nõ fuisset: q2 nã nõ sic fuisset ad malũ inclinata: nec a demonib9 tentata: z si a demonib9 tẽtata: solũ vna vice tẽtat9 fuisset q̃lib3 hõ: vt volũt aliq̃: z innuit Sco.in.2.di.20.q.1. ¶ 3. q2 pctm fecit angelos q̃ fuissent bonu3 custodes singulariũ si stetissent: singulariũ ꝑsonarũ ipugnatores z maloꝝ incẽsores: vt innuit Alex ð alis in.2.pte.q.117.

¶ 2. Choꝝ archãgeloꝝ. Nam z de isto choro similiter traxit tertiã vel saltẽ magnã partẽ: q2 vt dicit Alex de alis in.2.

in.2.parte.q.110.memb.3. ꝛ Bona.in 2.di.6.ar.1.q.2.de quolibet choro ali qui ceciderunt. Cũ.n.de supremo cho ro aliqui ceciderint vt Lucifer: credẽ dũ est ꝙ omnes chori senserint ali= quam ruinam. ¶ 2.qꝛ per peccatum archangeli plurimum occupantur in regimine multitudinis: puta ꝓuincie: ciuitatis: castri: vel alicuius cõgrega= tionis: vt dicͭ Bona.in.2.di.9. Quod non cõtigisset: vel saltẽ non tantum la borassent circa custodiam ꝛ regimen multitudinis: si peccatũ nõ fuisset: vi de Sco.vbi supra. ¶ 3.qꝛ per peccatũ archangeli qui si stetissent: rectores fuissẽt ꝛ custodes multitudinis: ꝑ op positũ tentatores ꝛ ĩpugnatores facti sunt cuiuslibet multitudinis. Hi sunt qui zizaniã seminant in domibus: in societatibus lites: in religionibus di scordias: in ciuitatibus partialitates: in prouintijs depopulationes ꝛ bella. Et sic peccatũ choꝝ archãgeloꝝ vene nauit ꝛ contaminauit.

¶ 3. Choꝝ principatuũ. ¶ Pͥ.pcc̃m de choro principatuũ filr traxit tertiam vel magnã partẽ. ¶ 2.peccatũ occupa uit angelos: qui dicuntur principatus ad custodiã principũ: regum ꝛ domi noꝝ atq̃ prelatoꝝ: ad quoꝝ custodiã deputantur: vt dicit Bona.in.2.di.9. circa lr̃am: quod non accidisset: si pec catũ non fuisset: qꝛ seruitus ꝛ domi= nium non fuisset: vt supra determina tũ est. ¶ 3.peccatũ fecit hos principa= tus: quibus cõpetebat principes cu= stodire: principũ ꝛ dominoꝝ impu= gnatores. Hi sunt spũs: qui principes ꝛ reges stimulãt ad gulã: ociũ luxu= riã: ad pauperũ oppssiones: ad sangui nis effusionẽ: ad iniusta bella.

¶ 4. Choꝝ virtutũ. Primo nãq̃ pec catũ choꝝ virtutũ contaminauit: vel tertiam vel saltẽ aliquã partẽ ad ter= rã detrahendo. ¶ 2.qꝛ occupauit illũ choꝝ in faciendo miracula multa pro peccatoꝝ cõuersione ꝛ fidei vtilitate: vt sistere Solem: vel facere retroce= dere. sicͭ fuit tẽpore Josue. Josue.x. ꝛ tẽpore regis Ezechie. Jsa.38. ꝛ mo uere celos: que cõpetũt choꝝ virtutũ: vt dicit Bona. in.2.di.9. circa lr̃am. Talia nõ fecissent si hõ non peccasset: qꝛ miracula non fuissent necessaria. ¶ 3.qꝛ peccatum virtutes qui de isto choro ceciderunt: operatores falsoꝝ miraculoꝝ fecit ad aiaꝝ ꝛ moꝝ sub= uersionem. Hi sunt demones illi: qui suis falsis ꝛ apparentibus miraculis totũ vniuersum ad ydolatriã deduxe runt: vt dicit Alex. de alis in.2.parte q.178.mem.2. Et quotidie mille mo dis seducunt infinitos illudẽdo ꝛ de cipiendo: vt innuit Alex.de alis in.2. parte.q.43. Et sic peccatũ cõtamina= uit choꝝ virtutum.

¶ 5. Choꝝ Potestatũ. Primo namq̃ peccatũ tertiã vel saltẽ aliquã partem istoꝝ potestatũ traxit de celo. ¶ 2.qꝛ peccatum eos qui in hoc choro remã serunt: per totũ decursũ pn̄tis vite in resistendo cõtra demones occupauit: his.n.ꝓprie demonibus impugnan= tibus vel male operantibus resistere cõpetit: vt dicit Bona.in.2.di.9.circa litterã. Hoc aũt nõ esset si peccatũ nõ prefuisset. ¶ 3.qꝛ peccatũ eos qui ab hoc choro ceciderunt: in bonoꝝ im= pugnatione subiugauit. Hi sũt demo nes: qui suis instigationibꝰ homines a confessionibus: a ieiunijs: a restitu tionibus ꝛ a religionibus retrahunt: hi sunt illi: qui volentibꝰ pacificari ꝛ odia remittere obsistũt: ꝛ volẽtibus

proficere: continere: contemplari: i mo dis oibus resistunt. Et sic peccatum cõtaminauit chorum potestatū.

¶ 6. Chorus dñationū. ¶ Primo nãq; peccatū tertiã vel saltē aliquã partē istius chori detraxit in terram: qr de omni choro aliqui ceciderūt. ¶ 2. qr peccatū angelos huius chori: qui remanserunt: occupauit in regimine spiritualiū prelatorum: qr istis dñationibus ꝓprie cōpetit ꝑsidere: vt dicit Bona. in. 2. di. 9. circa lrām: quod non accidisset: si peccatū nō fuisset. ¶ 3. qr peccatū angelos huius chori: qui ceciderunt: cū ex sui natura essent dñatiuis: fecit eos seruiles et subiectos ducens ad inferni carcerē cruciãdos. Hi sūt spūs illi: qui oibus viribus et oibus modis hominē in peccati seruitutem captiuare nitunt: vt seruiãt carni: pecunie: holbus: ocio: luxurie: gule: cōcubinis: et meretricibus: tyrãnis: et partialib⁹: et homicidis. De quib⁹ Deut. 28. Seruies inimico tuo iu fame: siti: nuditate: et ī omni penuria. Et sic peccatū cōtaminat chorum dñationū.

¶ 7. Chorus Thronorum. ¶ P° nãq; peccatū tertiã vel saltē aliquã huius chori partē detraxit in terrã. ¶ 2. qr peccatū Sedes oipotētis dei destruxit: nã throni dicunt sedes dei: in quibus residet dñs iustitiã suã exercet: vt dic Bona. in. 2. di. 9. et in lib. de celesti hierarchia. ¶ 3. qr peccatū fecit angelos: qui diuine iustitie sedes esse debebãt: sedes diabolice iniustitie et diabolice iniquitatis. Uñ possumus ex opposito contēplari: qꝫ in his: qui de hoc choro ceciderūt: diabolus residet modo suo: cū iniustitiã exercere desiderat. Hi sūt qui stimulãt ad iniustitiã: furtū: vsurã: rapinam: cōtractus iniquos: oppressiones pauperum: viduarum et pupillorum: ad iniusta vectigalia: ad iniusta tributa: ad occultanda testamenta: ad mendacia: periuria: et falsa testimonia. Docuerunt. n. linguã suã loqui mendaciū: vt iniq; agerēt: laborauerunt. Et sic peccatum contaminauit chorum thronorum.

¶ 8. Chorus cherubin. ¶ Primo nãq; peccatū tertiam vel saltē aliquã huius chori partē de celo ad terrã detraxit. ¶ 2. qr peccatū eorum splendorem et lumen offuscauit. Nã cherubin īterpretatur plenitudo scientie: et eis cōpetit perfecta dei cognitio: vt dicit Bona. in. 2. di. 9. Et s̄m Dioni. de celesti hierarchia: c. 7. dicunt̄ ꝓximi deo p̄ clarã et immediatã dei visionem: quã hñt: vñ sunt illuminatissimi. Sed peccatum tm̄ lumen offuscauit: qr diuina visione priuauit. ¶ 3. qr peccatū angelos huius chori qui ceciderunt: qui erant lucidissimi: fecit obscurissimos et tenebrosos: ducens ad tenebras infernales. Hi sunt spūs illi. qui sua astutia humanū intellectū offuscare nituntur subdolis et diabolicis scientijs: suspectis doctrinis: vanis persuasionibus: vanis exemplis inducendo ad amorē tēporaliū: retrahendo ab eternis. Ostētis astutijs humanū intellectū offuscare nitunt. Et sic peccatum contaminauit chorum cherubin.

¶ 9. Chorum seraphin. ¶ P° qr peccatū tertiã vel saltē aliquã huius chori partē exterminauit de celo ad terram detrahendo. De hoc. n. choro fuit Lucifer: vt coiter volunt doctores et seraphicus cardinalis Bona. in. 2. dist. 9. ar. 1. q. 1. et. 2. ¶ 2. qr pctm̄ fec hui⁹ chori spūs: qui erant oibus sublimiores: omnibus inferiores: deducendo sub omnibus

omnibus ad pfundū īferni. Isa.14. Uerūtā ad infernū detraheris in p-fundū laci. ¶3.q2 fecit spūs:qui sup pc̄s fuissent amorosi: super omnes odiosos: & de igne diuino deduxit ad ad ignē inferni. Ezech.28. Producā ergo ignē de medio tui:qui comedat te: & dabo te in cinerē sup terrā in cōspectu omniū videntiū te. Hi sunt spiritus nequam:qui stimulant ad sup-biā: pompā:inanē gl'iam:ambitionē: hi puocant ad odia ad malas voluntates:hi suscitāt ignē domestice dis-scensionis & ciuilis discordie: hi su-scitant hereses:scismata: partialita-tes & bella. O q̄tū ignis accendunt in tota ecclesia militante. Et sic p3: q̄lo peccatū contaminauit chorū seraphinorū: & totū mundū angelicū & intel-lectualem.

Tertio principaliter peccatū cōparandū est ad mundū diui-nū & supsubstantialē. ¶Ubi aduertēdum est: q mortale peccatu3 si ad diuinū & supsubālē3 mūdū: qui est ipse deus:cōparet: ipsum corrumpit: venenat: maculat & cōtaminat: nō in se formaliter: sed in suis pprietatibus siue in suis effectib9:qui in creaturis reperiunt. Et hoc sic particu-lariter declaratur.

¶Primo Peccatū corrumpit & cōtaminat diuinā vnitatē. Nā peccatū primi parentis in tantū corrupit naturā: & pronā fecit ad malū: q hoīes declinauerunt ad ydolatriā: & adorauerunt & crediderunt plures deos esse: vt dicit Alex. de alis in.2.parte.q.178. memb.6. ibi plures infidelium deos enumerās. Hec aūt deorum plurali-tas diuine vnitati repugnat: vt probat Sco. in p̄.di.2.q.3. Et hoc modo peccatū diuinā vnitatē cōtaminauit: inueniēdo deorū multitudinem: Jouem & Saturnū: Martē: Venerē: Mercuriū: Phebū: Mineruā: Cererē: Bachū: & innumeros alios. De quib9 Iuuenalis ait. Quis nesciat Volusi bitinice: qualia demēs Egyptus portēta colat: Cocodrilon adorat. Oppida tota canem venerātur: nemo Dianā. Porrū ac cepe nephas violare ac frangere morsu. O sanctas gētes: quib9 hec nascunt in hortis numina.

¶2. Diuinā veritatē. Nā p pcēm humana natura violata & tenebris obcecata verā lucē videre nō pualet: hinc est q diuinā veritatē i litteris sacris expressam multipliciter p varias hereses: & per varios errores corrupit: maculauit & cōtaminauit: diuinā scripturā male intelligendo: nequiter ex-ponēdo: nequissime deprauādo: vt fecerūt Judei i sui Talmuth neqssima compositione: & alij plurimi: qui a diuina veritate: que in scriptura sacra continet: exciderunt. De quibus vide Sco. in plogo.i. snīarū.q.4. Et.24. q.3.c. Heresis.c. Hereticus.c. Quid aūt.c. Qui in ecclesia.c. Qui aliorū.c. Quidā aūt heretici. Ubi circa.80.heresum genera describūtur. Et sic peccatū cōtaminauit diuinā veritatē.

¶3 Diuinā bonitatē. Nā bonitas diuina oib9 creatis i certis gradib9 se-ipsam coicauit: q2 sicut a primo ente est omne ens: & a p̄ vero oē verū: ita a p̄ bono est oē bonū: sicut dicit Alex de alis i.3.pte.q.26.mē.7.ar.3. Sed pc̄t3 hāc diuinā bonitatē coicatā cōtaminat. Nā vt dic Aug. in li. de Ci. dei. Peccatū est male vti bono. Bonus est itellect9: tu eo male vteris: peccas: & peccādo bonū illō cōtaminas: ho-

na est voluntas:bona memoria:fanta sia:auditus:visus:omnes sensus:ma nus:pedes:corpus:anima:diuitie:sci entiā:dn̄ia: vestes:filij:vxores:amici: oīa bona sunt:sed dū his quisq male vtitur peccat: et peccādo eoꝝ bonitatē cōtaminat. Practica.

¶4. Diuinā potentiā. Nam ante pec catū diuina potentia se tm̄ in bonis et gratiosis manifestauerat.s.in mundi creatione:in angelice nature ꝓducti one:de qua potētia multa dicūt Sco. et alii Theo. in ꝑ.di.42.et.43. Sed per peccatū ꝓuocata et in reb⁹ odio sis.i. in punitione maloꝝ ostensa est. Hec.n.diuina potentia ob pcīm Adā de paradiso deliciarum eiecit. Gen.3. Mundū diluuio submersit. Gen.7. Sodomam celesti igne consumpsit. Gen.19. Pharaonē cū suo exercitu in rubro mari submersit. Exo.14. Sic oēs alias punitiones:quas fec. Et sic ob peccatū si dicere liceat: diuina po tentia est facta quasi carnifex et crude lis saltē apparēter in suis effectibus. Et sic peccatum contaminauit diui nam potentiam.

¶5. Diuinā sapientiā. Nā diuina sapiē tia oīa bene ordinauit:tēporalia sub tus:celestia supra collocando:corpus anime: tēporalia spiritualibus suppo nēdo. Un̄ Propheta in ps.103. Quā magnificata sunt opera tua domine. Oīa in sapientia fecisti. De qua sapiē tia Sco.in ꝑ.di.32.et.35. Sed peccatū hanc sapientiā q̄tum in se est:conta minat et maculat:qꝛ preponit spūali bus tēporalia:et aie corpus et celesti b⁹.tēporalia. Quia est ƒꝫ Aug. Sum ma puersitas:frui vtēdis et vti fruen dis. Uide Sco.in.2 .di.35.

¶6. Diuinam ꝓuidentiā. Nā ob pec catum multi adeo excecati sunt: vt di uinā ꝓuidentiā in reꝝ gubernatione negauerint. De qua prouidentia vide multa per Sco.in ꝑ.di.44. Multi propter peccatū obtenebrati clamant illud Job.22. Quid.n.nouit deus? nubes latibulū eius:nec nostra consi derat:et circa cardines celi perambu lat. Heu quot sunt de quibꝰ dici pōt illud Juuenalis.

Sūt:qui fortune iā casibus oīa ponāt.
Et nullo credunt celū rectore moueri.
Natura voluente vices et lucis et anni.
Atq ideo itrepidi q̄cūq altaria tāgūt.

¶7. Diuinā predestinationē. Sicut di cunt aliqui:deus oēs hoies ab eterno ad gloriā predestinauit sub cōditione: videlicet si ꝯcordes fuerint diuine vo luntati: et diuina mandata obseruaue rint:iuxta illō Matth.19. Si vis ad vitam ingredi: serua mādata: et illud Ecci.15. Si volueris mandata con seruare:conseruabunt te. Nam diui ne ꝓmissiones sunt conditionales:vt dicit Lyra in pluribus scripture lo cis. De ista tamen predestinatione vi de Sco.in ꝑ.di.41. Sed peccatū sup ueniēs hanc diuinā ꝑdestinationē cō taminat:et ī nihilū redigit.vide.23.q. 4.c. Obtineri.c. Nabucodonosor.

¶8. Diuinam prescientiā. Diuina pre sciētia est respectu dānandoꝝ et pre parationis penaꝝ et tormentoꝝ. Sed peccatum est illud ꝓpter quod diui na pſciētia penas reprobis preparat: vt innuit Sco.in ꝑ.di.41.ergo pecca tum diuinā prescientiā concitat:com mouet et contaminat. De ista pſciētia que est tantum respectu mali: vide.c. Nabucodonosor.23.q.4.

¶9. Diuinā misericordiā. Diuina mi sericordia que et quāta sit:vide Sco. in.4.

in.4.di.46. Scribitur.n.in.c. Multiplex De pen.di.1. Misericordie dei nec mensuram possumus imponere: nec tempora diffinire: est infinita & incomprehensibilis. Peccatũ tñ mortale adeo est venenosum & maledictũ: qꝫ si dici liceat: ipsam diuinã misericordiam contaminat: indurat: rigidã facit: & quodãmodo cõculcat: quia vt scribitur in.c. Diaconi sunt.93.d. Assidue peccantiũ.i. peccare volentiũ non miseretꝰ deus. O quã maledictũ. O quã venenosum ẽ mortale peccatũ.

¶ x. Diuinã iustitiam. Diuina iustitia que & quanta sit: vide Sco.in.4.di.46.q.prima.est ĩfinita sicut & omnes perfectiones diuine & absolute. Sed peccatũ mortale istã dei iustitiam in suo effectu per modũ loquendi venenat: contaminat & acerbat. Nã ꝓpter peccatũ diuina iustitia eterno igni peccatores condemnat. O quã acerba erit sentẽtia illa cõtra pctõres lata. Mat.25. Ite maledicti in ignẽ eternuꝫ. Uñ Propheta in.ps.47. Justitia plena est dextera tua.

¶ xi. Personã patris. Peccatũ mortale adeo est venenosum: qꝫ cõturbat: si dici liceat: psonã eterni patris: & penitere facit. Uñ loquens de peccatoribꝰ ait. Gen.6. Penitet.n. me fecisse eos. Sic & facit arma sumere: & filios suos occidere. Uñ clamat Deut.32. Inebriabo sagittas meas sanguine: & gladius meus deuorabit carnes.

¶ 12. Personã filii. Peccatũ mortale filii dei personã multipliciter conturbauit: contãminauit & contriuit. Naꝫ ꝓpter peccatũ filius dei esuriuit: sitiuit: peregrinatus est: ligatus: flagellatus: crucifixus est: & mortuus: vt dicunt Theologi in.3.di.19. Uñ Isa.53. Uulneratus est ꝓpter iniquitates nostras: attritus ẽ ꝑ scelera nr̃a: ꝑ scelus.n. populi mei percussi eum.

¶ 13. Personã spũs sancti. Peccatum mortale contaminat per modũ loquẽdi spũꝫ sanctũ: qꝛ ipsum milies expellit de sede sua.s. de cordibus hominũ: nec requiescere euꝫ sinit. Sap.1. Spiritꝰ sanctꝰ discipline effugiet fictũ: & auferet se a cogitationibus: que sunt sine intellectu: & corripietur a superueniente iniquitate. Ex quibꝰ patet peccati malignitas. Uenite. &c.

¶ De peccatis in Spiritum Sanctũ Cap. 23.

Venite ascendamus ad monteꝫ dñi: & docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec ṽba Mat.12. Ideo dico vobis: Omne peccatuꝫ & blassemia remittetur hominibus: spũs aũt blassemie nõ remittetur. Et quicũqꝫ dixerit verbũ cõtra filiũ hominis remittetꝰ ei: qui aũt dixerit contra spũꝫ sanctũ: nõ remittetur ei neqꝫ ĩ hoc seculo neqꝫ ĩ futuro. Et pᵉ.J.5. Est peccatũ ad mortẽ: nõ ꝓ illo dico: vt roget quis. ¶ Secundũ oĩum sacrorꝫ theologorꝫ doctrinã & ecclesie catholice determinationem ꝑstãtissimi auditores & dilectissimi ĩ Christo Jesu tria sunt ciborum corporalium sicut & peccatorꝫ genera. Et sicut se hẽt cibus ad corpus: ita peccatũ ad aĩam rõnalẽ. ¶ Primo Aliquis est cibus: qui nõ ẽ ex se cõtrarius videlicet aliquod impedimentũ afferat ad rectaꝫ habitudinẽ vite: vt cibꝰ grossus: vel male digestionis: aut nõ ꝫm debitam mẽsurã sumptus: ita aliqua sunt peccata: q̃ nõ contrariãtur vite spũali: qꝛ non excludunt charitatẽ: licet aliquã

inordinationē in vita spūali ponāt: vt dicit. s. Tho. in. q. de pctō veniali. ar. i. ꝛ ista sunt pctā venialia: de quibus in c. Unū oratorium. di. 25. ꝛ pᵉ. Cor. 3. Si quis aūt superedificat supra fundamētū hoc ligna: fenū: stipulam. ¶ 2 Aliquis cibus est de sui natura contrarius vite prout est cibus venenosus: qui a corde pōt auferre principiū vite: nī sic celeriter remediū adhibeat: non interficit: ita aliqua sunt pctā: que de sui natura spūali vite sunt contraria: qꝛ principium spūalis vite auferūt. s. charitatē erga deum ꝛ ꝓximū: vt dicit. s. Tho. vbi supra: tamen si per penitētie remediū succurrat: non occidunt morte sempiterna: sed relaxant: sicut patet De pen. dist. i. c. Libenter. c. Multiplex. c. Medicina. c. Medicamentum. Uñ ꝛ Christus Matth. 12. Omne pcī in ꝛ blasfemia remittetur hoībus. ¶ 3. Aliquis cibus est de sui natura adeo vite cōtrarius: vt postꝙ sumptus fuerit: nullo possit remedio mitigari: sed sumentē necessario ducit ad mortē: sicut sunt aliqui cibi venenosissimi ꝛ artificiati: qui oīo si sumuntur comedentē interficiūt: ita sūt aliqua pctā: que adeo sunt vite spūali cōtraria: vt nullo possint remedio sanari: sed necessario hominē ducūt ad mortē: talia sunt peccata in spūm sanctū: de quibus Saluator Matth. 12. Qui aūt dixerit cōtra spiritū sanctū: non remittetur ei: neꝗ in hoc seculo: neꝗ in futuro. Et sunt verba nr̄i fundamenti: que iterū replicata dicunt in hac forma. Ideo dico vobis. Omne peccatū ꝛ blasfemia remittetur hominibus: spūs aūt blasfemie non remittet. Spūs blasfemie ē pcīuꝫ in spūm sanctū. De q̄ tria mysteria ꝓponunt.

¶ Pᵐ Declaratio.
¶ 2ᵐ Distinctio.
¶ 3ᵐ Comparatio.

Quo ad Primū mysterium qd dicitur Declaratio: ꝓ maiori declaratione huius grauissimi peccati: quod speciali denominatione in spūm sanctū dr̄: plures questiones ꝛ theologica dubia in mediū sunt adducēda. Quoꝝ talis ē ordo. ¶ Primo. n. querit. ¶ Utrum quis possit in vnā diuinam personā peccare: nō peccando in aliam: siue ab vna diuina persona auerti: nō auertendo ab alia. Ratio questionis est: qꝛ istud peccatū de quo loqui intendimus: ab ipsa Ueritate dicit in spūm sanctum Matth. 12. quasi sit cōtra personam spūs sancti: ꝛ nō cōtra personā patris vel filij. ¶ Huic questioni rñdet doctor subtilis Sco. in. 2. di. 43. q. i. ponēdo tres veritates siue cōclusiones. ¶ Prima ē talis. Cū peccatū sit auersio a deo ꝛ cōuersio ad creaturam: in omni mortali auersione ab ipso deo necesse est aliquā irreuerētiā fieri vel ipsi diuinitati: vel vni triū personaꝝ: sicut ꝑ oppositū: cū quis ordinate ad deū se cōuertit: necessario reuerētiā exhibet: vel persone patris: vel persone filij: vel ꝑsone spūs sancti: vel saltē ipsi diuinitati vel nature diuine. Auertendo. n. a deo ꝛ peccando tollitur debita subiectio ꝛ reuerentia hominis ad deum. vt dicit. s. Tho. in. q. de peccato veniali ar. i. ꝛ sic per oppositum: creatura rōnalis dū se debitē ad deū cōuertit: debitā subiectionē ꝛ reuerētiam exhibet vel ipsi deo vel vni triū personaꝝ. ¶ 2. est talis. Cū quis ab vna diuina persona peccādo mortaliter se auertit. vel vni persone irreuerentiam

rectiam facit: vel iniuriā irrogat: vt si quis nō crederet filiū esse in diuinis: vel spūm sanctū nō esse: vel si quis diceret: maledictus sit filius dei: vel maledictus sit eternus pater: vel si quis crederet aliquid erroneū circa personā vnā & nō circa aliā: talis sic irreuerentiā vni persone faciēs: virtualiter irreuerentiā facit oībus psonis: & sic peccando in vnā virtualiter peccat in oēs. Cuius ratio est: qz in oībus tribus est vna veritas: vna bonitas: vna sapientia: vna potentia. Et cū fit irreuerentia veritati vel bonitati: vt est in filio: fit ei irreuerētia: vt in tribus: qz vnica est in his tribus: & ideo qui in vnā diuinā psonā peccat & ab vna se auertit: dato qp nō cogitet de alijs: tamen virtualiter loquendo necessario peccat in oēs & se auertit ab omnibus. Hec Sco. vbi supra. Exemplū. Siquis filiū Petri vulneraret: dato qp de Petro nō cogitaret: virtualiter tñ Petrum offenderet. ¶ 3. est talis. Si loqui volumus de auersione actuali & de offensione actuali: sic pōt quis ab vna persona actualiter auerti & nō ab alia: & peccare in vnā personā non peccando in aliā: imo nec cogitādo de alia. Cuius pbatio est multiplex fm Sco. ¶ Primo qz cū sint tres articuli fidei respicientes distincte tres personas: possibile est aliquem errare in vno articulo & non in alio: & per consequēs peccare actualiter in vnā personā & non in aliam: qz non opz considerantem vnam personam considerare aliam. ¶ 2. qz in qualibet persona inuenitur ratio vltimi finis: qz ratio omnis boni: igit potest ei fieri reuerentia vel irreuerentia non habita consideratione ad alias personas: sicut facit ecclesia: cum dicit. Ueni creator spūs. &c. ¶ 3. quia possibile est aliquem stare in consideratione diuine essentie nihil cogitando de personis: vt patet in Phys: qui sic deum considerabant ignorādo psonas: & in essentia sic considerata inuenitur ratio finis & omnis boni: ergo essentie sic cōsiderate potest fieri reuerentia vel irreuerentia: non faciendo irreuerentiā alicui psone. Ergo multo magis pōt fieri irreuerentia vni psone & nō alijs: qz magis distinguitur persona a persona: quia distinctione relatiua: qз essentia a psona: q̄ non sic opponitur relatiue: ergo potest quis peccare in vnā personam actualiter non peccando in aliam: imo nec de alia cogitādo. Sed isto modo non accipitur peccatum in spūm sanctum: vt scilicet aliquis peccet in ipsum & non in aliam personā. Hec Sco.

¶ 2. Queritur. ¶ Unde & ex qua causa aliquod peccatū dicatur esse in spiritum sanctū. ¶ Rñdeo ad hoc quesitum: fm Magistrū in. 2. dist. 43. & Sco. in. 2. eadē di. q. 1. & Bona. in. 2. eadem dist. ar. 1. q. 1. in responsione ad secūdum argumentum per tres veritates: ¶ Prima est talis. Quedam proprietates cōmunes sunt omnibus diuinis personis: patri filio & spiritui sancto: quia sūt realiter in omnibus & in vna sicut in alia: vt potentia: sapientia: bonitas: pietas: clementia: mansuetudo: gratia: que omnibus personis cōmunes sunt: & omnibus eque insunt: tamen diuina scriptura frequenter Patri attribuit & appropriat potētiam: ad tollendū errorē ne. s. quasi senex putaret ipotēs & īfirm⁹. Filio attribuit sapientiā: ne quasi iu-

uenis putaretur insipiens: spui sancto attribuit bonitatē: ne. s. putaretur spiritus malignus vel spiritus malignitatis: ⁊ sic potētia: sapiētia ⁊ bonitas personis diuinis appropriata dicunt. ¶ 2. est talis. Peccare in aliquā diuinā personā nō dicitur proprie vel fm aliquid ꝓpriū ipsi psone: ita ꝙ offendatur ꝓprietas vel aliquid ꝓpriū ipsius persone: sed dicitur appropriate vel fm aliquid diuine persone appropriatum. Et ideo sicut peccatum commissum ex infirmitate dicitur peccatum in patrem: qꝛ patri appropriatᷣ potentia: ⁊ peccatum commissum ex ignorantia dicitur peccatū in filium: cui appropriatur sapientia: ita peccatum cōmissum ex malicia dicitur peccatū in spūm sanctum: cui appropriatᷣ bonitas: cui bonitati opponitur malicia. Et sic peccatū aliquod dicitᷣ peccatū in spūm sanctū: qꝛ ex malicia cōmissum. ¶ 3. est talis. Peccatū aliqđ ideo dicitᷣ esse in spūm sanctū: non qꝛ sit cōtra psonā spūs sancti: sed qꝛ est cōtra effectum spiritui sancto appropriatū: nec qꝛ cōtra oēm effectū appropriatū: qꝛ oē peccatū mortale opponitᷣ bonitati ⁊ gratie: que sunt appropriata spiritui sancto: nec tñ oē mortale est peccatū in spūm sanctū: sed dicitur peccatū in spūm sanctū: qꝛ contra effectū precipuū inter appropriata spiritui sancto. Hoc aūt est donum grē finalis: siue penitentialis ⁊ hoc ꝓprie q̄tum ad statū grē finalis: in qua consistit ois grē efficacia. Hec Bona. vbi supra. Peccatū ergo aliquod dicitur in spūm sanctū: qꝛ est ex malicia cōmissum: vt dicit Magister ⁊ Sco. Uel qꝛ est cōtra effectū precipuū spiritui sancto appropriatū. s. cōtra gratiam finalis penitentie: vt dicit seraphicus doctor. s. Bona.

¶ 3. Queritur. Utrum omne peccatū ex malicia cōmissum sit peccatū in spiritū sanctū. ¶ Huic quesito rñdet doctor subtilis Sco. in. 2. di. 43. q. 1. ponendo tres veritates. ¶ Prima est talis. Omne peccatū: quod est in voluntate non precedente aliqua perturbatione vel passione in sensibꝰ nec ignorantia in ratione: est peccatū ex certa malicia: ⁊ sic forte peccauit Adam: qꝛ in eo non fuit perturbatio ex passione precedente in sensibus nec ignorantiā rōne. ¶ 2. est talis. Non omne peccatū sic cōmissum ex malicia est peccatū in spūm sanctū: qꝛ hoc modo peccatū in spūm sanctū non esset grauissimū. Nā peccatū ex certa malicia pōt esse cōtra precepta secūde tabule: que nō sunt grauissima: qꝛ tm̄ virtualiter auertunt a fine. Uñ. s. Bona. in. 2. di. 43. ar. 1. q. 1. in fine sic dicit. Licet malicia concurrere possit ad oē peccatū: nō tamen semp facit peccatū in spūm sanctū. Uñ si aliquis senex: qui nō habet appetitū fornicandi: excitaret carnē suā vt fornicaretur: non diceretur in illa fornicatiōe peccare pctō in spūʒ sanctū: q̄uis peccatū illud cōmitteret ex industria ⁊ quadam malicia. Sed cū dicitᷣ: ꝙ peccatū ex malicia est peccatū in spūm sanctū: hoc solū intelligitur de illis generibus peccatoꝝ: que ꝓprie ex malicia hñt ortū sicut inuidentia fraterne grē ⁊ impugnatio veritatis agnite. Hec Bona. ¶ 3. est talis. Ad hoc vt peccatū aliqđ sit in spūʒ sanctū: opꝫ ꝙ sit cōtra preceptū prime tabule: qꝛ tunc actualiter ⁊ formaliter auertit ab obiecto illo perfectissimo ⁊ ab vltimo fine. Nec adhuc ois precepta

precepta prime tabule sunt in spiritũ sanctũ: q2 op3 ad hoc ꝙ sit pctm̃ grauissimũ ꝙ opponat̃ actui pfectissimo cõuersiuo ad deũ: ꝛ q2 dilectio dei est actus pfectissim⁹ cõuersiuus ad deũ: si haberet oppositũ: illõ esset grauissimũ peccatũ: scilicet odiũ dei. Sed q2 vt credo: deus nõ põt formal'r odiri: cũ post dei dilectionẽ perfectissimus actus quo voluntas tendit in deum sit actus spei: oppositũ eius erit pctm̃ grauissimũ. Et hoc est peccatũ desperationis: siue obstinationis i malo cũ desperatione ꝛ pposito nõ penitẽdi: ꝛ hoc est pctm̃ in spũ3 sanctũ. Et s3 hoc ad pct3 in spũ3 sanctũ tria requirũtur scilicet ꝙ sit ex certa malicia: ꝙ sit contra pceptũ prime tabule: ꝛ ꝙ sit actus oppositus actui conuersiuo pfectissimo: ꝛ hoc mõ est peccatũ in spũm sanctũ: ꝛ est finalis impenitẽtia: nõ q2 hõ decedit sine penitẽtia: sed q2 h3 pposítũ de nunꝗ penitẽdo: ꝛ oritur ex desperatione. Hec oĩa Sco. ad lrã3. Ex quibus põt patere: qñ pctm ex malicia cõmissum sit in spiritum sanctum ꝛ quando non.

¶4. Queritur. ¶ Utrũ pctm in spũ3 sanctũ sit pctm distinctũ ab alijs generib⁹ pctõꝝ. ¶ Ad hãc. q. rñdet. s. Bona. in. 2. di. 43. ar. 1. q. 1. sic dicens. Peccatũ in Spũm sanctũ dicit genus peccati distinctũ ab alijs gñribus pctõꝝ: quod p3 triplici rõne. ¶ Primo rõne principij: q2 pctm in Spũ3 sanctu3 dicitur esse illud: quod est ex certa malicia siue industria: ex qua non pcedit oẽ pctm: sed illud solũ quod facit hõ scienter. ¶2. rõne oppositi: q2 cũ triplex sit gr̃a: v3 gratia inocentie: gratia baptismalis gr̃a penitentialis: sicut pctm originale opponit̃ gr̃e inocentie ꝛ eam ĩpugnat: ꝛ pctã actualia opponunt̃ gr̃e baptismali ꝛ eam ĩpugnãt: ita pctm in Spũm sanctũ pprie hẽt opponi gr̃e penitẽtiali: ꝛ eam ĩpugnat quantũ ad sui initium ꝛ quãtũ ad sui terminũ: ꝛ ideo ẽ genus pcti ab alijs distinctũ. ¶3. rõne actus substrati: q2 cũ pctm in spũm sanctũ sit impugnatiuũ gr̃e: ꝛ malicia que est in isto pctõ sit in spũ subiectiue: nõ in carne: iõ peccatũ in spũm sanctũ pprie cõsistit circa actũ ipsius spũs: sicut p3 in desperatione ꝛ obstinatione: que cõsistunt circa actũ spũs: scilicet voluntatis: nõ circa actũ carnis sicut fornicatio ꝛ adulteriũ: que nullo mõ dici põt pctã in spiritum sanctu3: ꝛ sic rõne actus substrati pctm in spũm sanctũ est genus pcti ab alijs distinctũ. Et sic rõne sui principij. s. malitie opponit̃ bonitati: que spũi sancto attribuit̃: ratione oppositi opponit̃ gr̃e: que ẽt spũi sãcto attribuitur: rõne actus substrati opponit̃ actui spũali: qui ẽt attribuit̃ spiritui sctõ. Et sic his tribus rõnib⁹ pbatur: pctm in spũm sctm esse genus pcti ab alijs pctõꝝ gñib⁹ distinctũ.

¶5. Querit̃. ¶ Utrũ oẽ pct3 p additionẽ alicui⁹ circũstãtie possit fieri peccatũ i spũ3 sãctũ vel ne. ¶ Huic q̃sito rñdet Alex. de alis in. 2. parte. q. 173. memb. 1. ꝛ. 4. dicẽs. Si aliquis motus pcti: qui diu durat: ꝓ sit ex infirmitate: deinde pgrediẽdo sit ex industria ꝛ malicia: nõ pp hoc dicẽdũ est: ꝙ idẽ pctm sit simul in Patre3 ꝛ in spũm sanctũ: sed ex vna parte motus dr̃ pctm ex infirmitate ꝛ sic in patrẽ: ꝺm vero aliã partẽ dr̃ pctm ex malicia ꝛ in spũm sanctũ. Et silr̃ aliquis motus pcti põt ꝓ ex ignorantia esse: ꝛ postmodũ ex malicia: ꝛ sic ꝺm vnam

partē est peccatū in filium: fm aliam in spūm sanctū. Et idem pōt dici in diuersis peccatis numero eiusdē tñ rationis. Potest.n. quis ex infirmitate ꝛ tentatione ꝑ multas fornicationes cōmittere: sed postmodū ex malicia sine aliqua infirmitate similes perpetrare. Similiter quis ꝑ ludit ignorās ludum esse peccatū: postmodū vero scienter ꝛ ex malicia. Et sic vt dicunt aliqui: peccatū in spūm sanctū est qdcūqꝫ mortale peccatū ex certa malicia ꝛ cū mentis pertinacia cōmissum. Sicut.n. quedā lepra erat curabilis vt incboata: quedā vero incurabilis vt cōsumata: per quā quis eijciebat ex castris. Leui.13. ita quoddā est peccatū mortale ꝛ curabile: qꝛ remissibile: qddaꝫ vero incurabile: qꝛ irremissibile qꝛ factū est peccatum in spūm sanctū. Unde Ambro. Quod humana fragilitate cōmittitur: remissibile est: si cōgregatio nō deseratur. Cū vero diabolica obstinatione deseritur: nec ad cōgregationē reditur: insolubile peccatum est: ꝛ dicitur in spūm sanctuꝫ. Hec ille. Ergo videt: ꝙ omne peccatum mortale posset fieri peccatum in spūm sanctum per additionem alicuius circunstantie: puta malicie vel saltem obstinationis: desperationis: impenitentie vel huiusmodi.

¶ 6. Queritur. ¶ Utrum peccatū in spūꝫ sanctū sit grauissimū. ¶ Rñdet s. Bona. in. 2. di. 43. ar. 2. q. 1. ponendo aliquas cōclusiones. ¶ Prima ē. Peccatū in spūm sanctū est grauissimū: qꝛ naturā maxime ledit: ꝛ diuine maiestatis oculos maxime offendit. Naturā.n. maxime ledit: dū non solū aufert ei sanitatē: sed ēt precludit viā ad sanitatē. Unā sicut morbus periculosior est: qui nō tantū ledit naturā: sꝫ ēt precludit viā ad sumptionē cibi vel medicamēti: sic est de isto morbo spirituali. Oculos ēt dei maxime offendit: qꝛ nullū excusationis coloreꝫ hēt: ꝛ ideo peccans hoc gñe peccati seuerius iudicari meret. ¶ 2. est. Peccatū in spūm sanctū est ex malicia: ꝛ nō solū ex malicia: sed ex malicia ꝛ industria: peccat.n. tūc quis in spūꝫ sanctūꝫ qñ ad malū mouetur ex nequitia spiritus: sciēs se moueri ad malū. Unde pcēꝫ in spūꝫ sāctū ē ex malicia cōflata ex cōcursu malicie cōtracte ex originali pctō: ꝛ malicie actualis industrie cōiuncte: ꝛ ideo non tm̄ dr esse pcēm ex malicia: sed ex certa malitia ꝛ ex conflata malicia: ꝛ qꝛ est ex tali malicia: que nō excusat: sed aggrauat: ideo diuine maiestatis oculos maxime offendit. ¶ 3. est. Peccatum in spūm sanctū: qꝛ procedit ex certa malicia: ideo in hoc peccato voluntas scienter eligit malum: ꝛ magis respuit bonum: ꝛ se elongat a bono: ꝛ ideo in hoc pctō voluntas magis deprauatur ꝛ deordinatur: ꝛ qꝛ in deordinatione voluntatis maxime consistit lesio nature: hinc est: ꝙ peccatum in spūm sanctuꝫ maximè ledit naturam: ꝛ ideo est grauissimum peccatū. Unde Magister in. 2. dist. 43. ait. Est preterea quoddam peccati genus ceteris grauius ꝛ abbominabilius: quod dicitur peccatum in spūm sanctum: de quo in euāgelio Ueritas ait. Qui peccauerit in spūm sanctuꝫ non remittetur ei: neqꝫ hic neqꝫ in futuro. Practica.

Uo ad. 2ᵐ. mysterium: quod vocatur Distinctio: considerandum est quomodo peccatum in spūm sanctum in sex species distinguatur

gnatur: que sunt impugnatio verita-tis agnite: inuidentia fraterne gratie: presumptio: desperatio: obstinatio: et impenitentia. Uidetur .n. quod debeant esse plures. Cum .n. in deo sit bonitas: sicut et veritas: si accipitur vnum peccatum in spiritum sanctum per impugna-tionem veritatis: ita videtur quod debeat accipi aliud per impugnationem boni-tatis. ¶ Preterea cum septem sint peccata mortalia: inter que sunt aliqua ita grauia sicut inuidia: ergo si inuiden-tia fraterne gratie ponitur peccatum in spiritum sanctum: ita et superbia et ira et accidia poni deberent peccata in spiritum sanctum. ¶ Ad hec dubia respondetur secundum doctrinam domini Alex. de alis in .2. parte. q.173. memb.3. et s. Bona. in .2. di. 43. ar.3. q.1. qui sic dicunt. Peccatum .n. in spiritum sanctum directe opponitur gratie spiritus sancti: per quam est vnitas ec-clesie: in qua fit remissio peccatorum. Ad hoc autem quod ille effectus .s. remissio peccatorum sequatur ex illa gratia: multa sunt per se adiuuantia. Ex parte proximi duo sunt motiua ad remissionem peccati: duo alia ex parte dei: et duo ex parte sui .i. illius cui fit remissio. Contra ista sex motiua et adiutoria ad peccati remissionem: et ad gratie suscepti-onem sunt sex species peccati in spiritum sanctum: que directe opponuntur istis sex motiuis et adiutorijs ad gratie suscepti-onem: et ideo dicuntur peccata in spiritum sanctum: quia directe opponuntur gratie spiritus sancti: et maxime gratie peni-tentiali: que est effectus spiritus san-cti. Et sunt iste.

¶ Prima species peccati in spiritum sanctum est impugnatio veritatis agnite. Sicut .n. dicit Alex. de alis vbi supra. Motiuum ad remissionem peccatorum: et ad gratie receptionem est amor veritatis agnite. per quam ordinatur intellectus. Contra hanc veritatem agnitam est peccatum in spiritum sanctum: quod vocatur impugnatio veritatis agnite: que respicit et impugnat effectum spiritus sancti: qui est in intellectu .s. ve-ritatem: et per istam impugnationem deordinatur intellectus impugnan-tis. Et si quis impugnaret veritatem ex ignorantia tunc talis impugnatio non esset peccatum in spiritum sanctum: vt dicit Alex. de alis. Ubi aduertendum quod secundum Bona. in .2. di.43. ar.3. q.2. in responsione ad .4. arg. Ueritas agnita siue cognita potest tripliciter intelligi impugnari: aut propter ipsam verita-tem: aut propter ipsum dicentem: aut propter effectum consequentem.

¶ Primo modo nullus impugnat veritatem propter seipsam: cum omnes homines natura scire desiderent: et naturaliter ament veritatem. ¶ 2° modo .s. propter ipsum dicentem potest impugnari ex quadam infirmitate: puta ex aliquali leui odio vel displicentia ipsius dicentis: et si non pertinaciter impu-gnetur: talis impugnatio non est peccatum in spiritum sanctum. Siquis autem impugnet eam pertinaciter in confu-sionem dicentis: quasi semper habet adiunctam maliciam: maxime cum est veritas ad salutem pertinens: vt est veritas christiane religionis: et sic est peccatum in spiritum sanctum. Tunc autem dico aliquam veritatem pertinaciter impugnari: quando ex sua impugnatione propter odium dicentis facit vel vult fa-cere preiudicium veritati: ita quod quamuis non odiat veritatem: vt veritas est: tamen ratione odij dicentis adiuncti odio eam abhorret: et delectatur in eius confutatione: sic aliqua

veritas agnita potest tripliciter impugnari.

odit deum rõne iustitie: et rõne illius odij delectatur in cõtumelijs dei: sic ratione odij psone dicētis delectatur quis in cõfutatione veritatis ad cõfusionē ipsius dicētis: et tunc recte dr moueri ex malicia et ptinacia. Hoc modo iudei ex ptinacia et malicia pter odiū Christi pdicātis ipugnabāt veritatē agnitā: qñ dicebāt Christū eijcere demonia in Beelzebub principe demoniorum. Matth.12. cum tñ prius cognouissent Christū esse filiū dei: vt pbat ibi Lyra. Et Glo. sup illud Mat.21. Agricole aūt vidētes filiū dixerūt intra se. Hic est heres. Et ideo dixit eis Christus. Matth.12. Qui aūt dixerit cõtra spūm sanctū nō remittet ei: neqꝫ in hoc seculo neqꝫ i futuro. Heu quot sūt tales iudices: aduocati: pcuratores: curiales: qui ipsam veritatē agnoscunt: tñ pp odiū dicētis et ad cõfusionem ipsius: ipsam negant impugnant ex malicia atqꝫ ptinacia inuertūt et occultāt. ¶ 3. mō scilicet pp effectū cõsequentē: puta pp lucrū vel dānū tēporale: pp laudē vel vituperium: pp delectationē vel cruciatū: pp cõmodū vel incõmodum. Et hoc modo pōt duobus modis impugnari ad consequēdū aliquod pdictorum cõmodū vel ad vitandū aliqd incõmodū. ¶ Primo mō ex quadā infirmitate et nō ptinaciter: et tunc licet esset pctm nō tñ in spūm sanctū. Alio mō ex malicia et ptinacia: puta qñ ad euitandū aliquod incõmodū vel ad cõsequēdū aliquod cõmodū vult facere vel facit preiudiciū veritati. Hoc mō pontifices et pharisei ad euitādū exterminiū gētis sue ex malicia impugnabant veritatem a Christo pdicatam: qñ dicebāt. Jo.xi. Quid facimus: qꝛ hic hō multa signa facit? Si dimittimus eum sic veniēt Romani et tollēt nostrū locū et gētē. Heu quot sunt tales qui vel pp amorē carnalē vel pp timorē vel pp auaritiā veritatē impugnāt: vel negāt vel inuertunt: cõtra. c. Accusatores. 3. q. 5. cõtra. c. Epūs. 35. q. 6. cõtra. c. Nemo peritorum. c. Nolite timere. c. Abijt. xi. q. 3. Et vt dic Bona in. 2. di. 43. ar. 3. q. 1. in rñ. ad. 5. arg. q diuinā veritatē ipugnant: cõsequēter ēt ipugnāt diuinā bonitatē et maiestatē: quia veritas nō tm̄ seipsam declarat et predicat: sꝫ ēt diuinā bonitatē et maiestatē. Ista ergo impugnatio veritatis agnite est cõtra veritatē doctrine et cõtra effectū spūs sancti in intellectu: et hoc respectu proximi.

¶ 2. Est Inuidentia Fraterne grē. Sicut dicit Alex. d alis in. 2. parte. q. 173. memb. 3. motiuū ad pctōrum remissionē et grē acquisitionē est amor fraterne grē: p quā ordinatur affectus. Et contra hanc fraternā grām est pctm in spiritū sanctū: quod dr inuidentia fraterne grē: p quā deordinatur affectus inuidētis. Et vt dicit Bona. in. 2. di. 43. q. vltima. in rñ. ad. 5. arg. dupliciter pōt quis inuidere aliene grē. ¶ Primo qꝛ ex aliena grā minuitur bonū pprium: cuius pmotionē singulariter appetit: et ad hoc mouetur ex aliqua leuitate vel infirmitate: et tunc talis inuidia est pctm capitale vnū de septē mortalibus pctis: et nō est pctm in spiritū sanctū. ¶ 2. qꝛ visus aīe sic est depravatus: vt sicut nō videt bonū in se: sic ēt nolit videre bonū in alio: et tunc est pctm in spūm sanctū. Hoc aūt est in illis maxime qui vix pñt in aliquo homine videre bonū: et isto vltimo modo non procedit ista inuidentia nisi ex

magna

magna corruptione et malicia volūtatis: q̄ adeo gustū ei⁹ peruertit: vt bonū faciat apparere malū: et malum faciat apparere bonū. Hoc mō principes sacerdotū et scribe videntes miracula Christi et pueros acclamantes ei. Osāna filio Dauid: inuidebāt grē Christi: et indignati dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Matth.21. Heu quot sunt mō tales: qui vel ex infirmitate vel ex malicia his inuidēt: qui grām hñt vel sciētie: vel pdicationis: vel sanctitatis: vel fauoris: vel laudis: vel alterius p̄eminentie. Ista ergo inuidentia fraterne grē est cōtra bonitatē grē et contra effectū spūs sancti in voluntate: et hoc respectu primi.

¶ 3. Presumptio. Et ista ē cōtra diuinā iustitiā: vt dic̄ Alex. de alis vbi supra. Qui.n.cū suis malis meritis de dei bonitate p̄sumit: ponit p̄ cōñs deū esse iniustū. Ubi aduertēdū: q̄ vt dic̄ Bona.in.2.di.43.q.vltima: in R.ad 2.arg. duplex ē p̄sumptio. ¶ Una est presumptio de meritis: qua quis presumit de meritis suis siue de aliquo qd h₃ in se: et ista p̄sumptio est pctm siue spēs supbie: et talis erat p̄sumptio illius pharisei: qui dicebat Luc. 18. Gras tibi ago deus: q̄ nō sū sicut ceteri hoīes raptores: iniusti: adulteri: velut ēt hic publican⁹. Ieiuno bis in sabbato: decimas do oīu₃ que possideo. Heu q̄t sūt hui⁹ mōi: qui pp suā supbiā a dño repellunt̄ sic̄ et ille phariseus. ¶ Alia ē p̄sumptio de īpunitate: qua v₃ quis p̄sumit de īpunitate maloꝝ suoꝝ: dans totū diuine mīe: et auferēs ei oīo rigorē iustitie: et hoc ē pct̄3 in spūm sanctū: q̄z claudit viā ad grā₃: et viā āpliat ad pct̄3. In hoc pctō incidūt illi: qui toto tpe vite sue in peccatis pseuerāt sub spe diuine mīe dicentes. Dñs misericors ē. In fine vite pcutiā pectus: et deus miserebitur. In hoc incidunt illi: qui dicunt. Uolo gaudere du₃ vixero. Dñs misericors est. In hoc incidūt illi: qui retinēt aliena bona: et restituere nolunt dicentes. Magis volo mīe diuine q̄₃ boiu₃ me cōmittere: et miseri nesciūt: q̄ assidue peccantiū nō miseret̄ deus. 93.dist.c. Diaconi sunt. Et q̄ deus qui misericors et iustus ē: sic̄ cōseruat mīam in iustitia: ita et iustitiā in mīa. De pen. di.1.c. Quē penitet. Hec presumptio est contra diuinam iustitiam.

¶ 4. Desperatio. Et ista ē cōtra diuinā mīa₃. Qui.n. dsperat dū locus est penitētie: ponit deū eē īmisericordē: estimat.n. ipsu₃ deū nolle misereri: ēt si bō meueret̄ ad pnia₃: vt dic̄ Alex. vbi s. S₃ aduertēdū vt dic̄ Bona.in 2.dist.43.q.vltima.i R. ad pᵐ. arg. q̄ duplex ē desparatio. ¶ Una q̄ quis aliqñ desperat ex pusillanimitate: ita q̄ in ipsa desperatione nō inuenit cōplacentiā: sed dolet et renititur contra ipsam: et tunc talis despatio nō ē pct̄3 in spūm sanctu₃: q̄z ex tali despatione nō pijcit̄ hō in pfundū: et ē despatio ex īfirmitate et nō ex malicia. ¶ Alia est desperatio: qua quis despat diffinitiue abscōdēs se a facie diuine mīe: et hoc semp ē pct̄3 in spū₃ sanctū: q̄z ē in cōtumeliā diuine mīe: cui suā p̄fert iniquitatē. Sic̄ dixit Chaim Gen.4. Maior ē iniquitas mea: q̄₃ vt veniā merear. Et tale pct̄3 semp h₃ iunctā maliciā: p eo q̄ qui sic desperat: in tali culpa vult vitā finire. Uñ tales desparatissimi frequentissime sibiipsis inferūt mortē. Hec mō desperauit et laqueo se suspendit Achitophel consi

liarius Dauid.2.Re.17. Hoc modo et Judas laqueo se suspēdit ō dei misericordia desperatus. Matth.27. Heu quot sunt tales miseri: qui desperati varijs modis se interimunt: et nō recolunt: q misericordia dei est infinita et imensurabilis. De pen.di.i.c. Multiplex. c. Libenter. c. Magna pietas dei. Et in ista desperatione cōsistit malicie cōsumatio: vt dicit Alex. vbi sup. Uñ Ber. Queadmodū pfectionē sapiētie sibi vēdicat amor dei: ita desperatio oēm malicie cōsumationē. Hec desperatio ē cōtra diuinā miam.

¶ 7. est Delectatio. Post ocium humane nature delectatio pre omnibus aliis appetibilibus placet. Et propter istam delectationem quot peccata committantur: quis enumeret? in ludis: in iocis: in choreis: in aspectibus: in tactibus: in operibus carnis et luxurie. O quam horrenda committuntur. Et tamen delectationes nihil sunt. Eccl. 40. Modicum autem tanquam nihil in requie. Requies et suauitas delectationis modicum est: et tanquam nihil. Et dominus clamat Amos. 6. Conuertistis in amaritudinem iudicium et fructum iustitie in absynthium: qui letamini in nihili. Hic clama contra fornicarios concubinarios: adulteros: sacrilegos et incestuosos: qui letantur in nihili. Si ergo peccatum oritur ex delectationibus: et delectationes nihil sunt: peccatum oritur ex nihilo.

¶ 8. est Scientia. Post carnalem delectationem scientia que est bonum anime maxime est appetibilis et desiderabilis secundum Philosophum. 1. methaphy. Et eius amor inordinatus multorum causa est delictorum in contentionibus: in disputationibus: in curiositate: in temporis amissione: vt in. c. Nonne. c. Legant. c. Omnem vim. c. Legimus. 37. di. In magicis: in superstitionibus: diuinationibus: arte notoria: et scientiis diabolicis vt in. 26. causa per omnes questiones: quia sciencia inflat. 1. Cor. 8. Et tamen scie seculares quid sint: declarat Paulus dicens. 1. Cor. 13. Et si habuero omnem sciam: nihil sum. Et. 1. ad Timo. 6. Si quis non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Jesu Christi: superbus est nihil sciens. Si ergo homines peccant propter sciam: cum scia nihil sit: peccant propter nihil.

¶ 9. est Gloria: fama et laus humana. Post sciam maximum appetibile est gloria et fama et humana laus. Et propter ista innumera delicta committuntur: vt quotidiana experientia docet. Et tamen mundana gloria quid est? dicit Ueritas Jo. 8. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nihil est. Hoc dicere potest mundus. Gloria mea nihil est. Similiter laudatores et adulatores qui suis laudibus homines tanquam ydola colunt et venerantur nihil sunt. Unde Isa. 44. Omnes plastes ydoli nihil sunt. Plasmatores ydoli sunt laudatores principis vel magnatis: et tales nihil sunt. Si ergo humana laus nihil est: si humana gloria nihil est: ex nihilo oritur peccatum: et propter nihil homo peccat.

¶ x. est Dominium siue prelatio. Post gloriam humana natura naturaliter appetit dominia et officia magna secularia siue ecclesiastica: quia deo in hoc aliqualiter assimilatur. Et propter istam dominandi ambitionem innumera mala perpetrantur: mendacia: simulationes: proditiones: homicidia: depopulationes: precipitia spiritualia: animarum ruine. Uide. c. Sicut. 48. di. et. 1. q. 1. c. Principatus. et. q. 6. c. Sicut ie. Et tamen ista dominia et iste dignitates nihil sunt. Unde scribitur Isa. 40. Qui extendit velut nihil celos. Celi eminentes sunt reges: principes: domini: cardinales: episcopi: et huiusmodi magnati eminentes: qui a deo per dignitatem eleuati: et per famam extensi sunt: sed sunt velut nihil. Unde et ad tales clamat Paulus ad Gal. 6. dicens. Si quis existimat se aliquid esse: cum nihil sit: ipse se seducit. Heu quot seducuntur. Si ergo dominia nihil sunt: ex nihilo nascitur peccatum.

¶ xi. sunt Diuitie. Post dominia maxime sunt diuitie appetibiles: quia sunt

secundus sanguis: vt dicunt Leg.ste in.l. Aduocati. C. de aduoca. diuersoꝝ iudi. Et pp amorē istaꝝ inumera cōmittūtur delicta: furta: rapina: vsura: falsi cōtractus: falsa testimonia: periuria: homicidia. Uide. 47. di. c. Sicut hi. c. Omnes. 2. 14. q. 4. c. Quid dicā. Et tñ diuitie quid sunt? Clamat Sapiens. Sap. 7. Diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. Et Job. 27. Diues cū dormierit: nihil secum afferet. Aperiet oculos suos: ⁊ nihil inueniet. O q̄ȝ decepti sunt miseri peccatores: qui credunt cumulare pecuniam: ⁊ cumulant nihil. Et in ps. 75. Dormierunt somniū suū: ⁊ nihil inuenerunt oēs viri diuitiaꝝ in manibus suis. Si ergo diuitie nihil sunt: ex nihilo nascitur peccatum.

¶ 12. sunt Hoēs. Post diuitias hō naturaliter desiderat amicos ⁊ odit inimicos. ¶ Et propter amorē amicoꝝ ⁊ odium inimicoꝝ inumera cōmittit scelera. Heu quot mala cōmittuntur propter hominū ⁊ mulierū familiaritatem: pp amicos: pp inimicos. Et tamen homines quid sunt? Certe nihil. Uñ clamat Propha Jsa. 40. Oēs gentes quasi non sint: sic sunt corām eo: ⁊ quasi nihilum ⁊ inane reputate sunt ei. Ergo pccīȝ originat ex nihilo.

¶ 13. est Malicia. Aliquādo hō peccat non amore vel īclinatione sensuali ad aliquod bonū exterius: sed ex ꝓpria malicia: vt dicit Sco. in. 2. di. 43. q. 1. ⁊. 2. Et ista malicia quid est nisi carentia ⁊ priuatio rectitudinis ī actu⁹ que tñ deberet inesse: vt dicit idē Sco. in 2. di. 35. Cū ḡ peccat ex malicia: ex nihilo nascitur peccatum: qꝛ ex malicia que priuatio ⁊ nihil est: pullulat. Ex his oibus supradictis patet: φ peccatum ex nihilo nascitur: qꝛ ex apparēti bonitate exterioꝝ reꝝ: q̄ nihil sunt nasci. Unde miserrimus peccator ꝓ nihilo peccat: ꝓ nihilo deū offendit: ꝓ nihilo ꝑdit celū: ꝓ nihilo vēdit cor suū: qꝛ scribitur Prouer. x. Cor autē impioꝝ ꝓ nihilo.

Uo ad tertiū principale dico: φ pccm̄ ducit ad nihil. ¶ Ubi notandū: φ vnaqueqȝ res denominatur a sua operatione vel proprietate: vt lepus a leuitate pedū: vulpes a velocitate pedū: itellectus ab intelligendo: voluntas a volendo. Peccatū aūt nullū aliud habet officiū: nihil aliud facit: nisi annihilare: ⁊ hoc ē officiū suū ⁊ finis suus: ⁊ ideo dr̄ congrue nihil: sicut declarat Ugo pancera i tractatu. 6. De gradibus humilitatis. Quia ḡ peccatū nihil est: ⁊ ꝓpriū eius officiū est annihilare: iō ducit ad multiplex nihil. 4.

¶ Primo. Peccatū ducit ad nihil virtutis. Sicut n. dicit Bona. l. 2. di. 28. ar. 2. q. 2. Cū homo est ī peccato: illud peccatū trahit ad aliud peccatuȝ: quod nihil ē: nisi diuina ⁊ speciali grā adiuuetur. Uñ Grego. ī mora. Peccatū quod penitentia nō diluitur: ipso suo pōdere mox ad aliud trahit: ⁊ sic trahendo ad aliud peccatum: ānihilat virtutem oppositam illi peccato: ⁊ sic ducit ad nihil.

¶ 2. Ad nihil gratie. Sicut declarat Sco. in. 2. di. 35. Peccatum demeritorie annihilat dei gratiaȝ gratum facientē. Unde. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar: si habuero prophetiā ⁊ omnem fidem: charitatem autem non habuero: nihil sum. Peccatum ergo ducit ad nihil gratie: qꝛ annihilat eam: ⁊ annihilat charitatem: sine qua homo nihil est. ¶ 3.

¶3. Ad nihil meriti. Sicut dicit Sco. in.4.di.22. Per peccatum mortale perdit homo omnia sua merita in celo reposita: si i illo peccato moriatur: iuxta illud Jaco.2. Qui aũt totam legem seruauerit: offendat aũt in vno: factus est omniũ reus. Unde ps.72. Ad nihilum redactus sum.

¶4. Ad nihil vite. Sicut declarant Scotus ꝛ reliqui theologi in.2.di.19. Propter peccatũ primi parentis oẽs homines moriuntur: ꝛ vita priuant: iuxta illud Pau. ad Ro.8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Unde Job.16. In nihilum redacti sunt omnes artus mei.

¶5. Ad nihil glẽ. Sicut declarat Sco. in.4.di.22. Homo per peccatũ mortale excluditur a celesti gloria: ꝛ priuatur ea: iuxta illud Apoc.21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatũ. Et ideo peccatum trahit ad infernũ: vbi est pfecta priuatio glie: ꝛ perfectũ nihil. Unde Jsa.34. dicitur. Extẽdit super ea mensuram: vt redigatur in nihilum.

¶6. Ad nihil letitie. Sicut declarant Sco. ꝛ alij theologi in.4.dist.44.ꝛ 50. Dãnati propter sua peccata omni consolatione priuabunt: ꝛ omni miseria replebunt: vnde ꝛ ifernus vocatur lacus miserie ꝛ tenebrarũ. Unde scribit Exo.x. Nihil omnino virens relictum est in lignis ĩ cuncta egypto. Sic ĩ tenebroso carcere ĩfernali nihil iocunditatis aut letitie relinquetur.

¶7. Ad nihil habundantie. Sicut volunt theologi in.4.di.vltima. Dãnati in inferno propter sua peccata habebunt penuriam omniũ rerũ: sicut pꝫ in diuite epulone dãnato: qui nec aque guttam habere potuit. Luc.16. Unde scribitur Luc.5. Preceptor: per totã noctẽ laborãtes nihil cepimus. Per totam noctem laborant: qui per totus presentis vite tempus in tenebris peccatorũ desudant: ꝛ hi nihil capiũt.

¶8. Ad nihil honoris. Sicut volunt theologi: peccatum ducit hominez ad cuiuslibet honoris priuationem. Unde dãnatis scribit Jsa.34. Oẽs principes eius erunt in nihilũ. O ꝙ horribile: ꝙ graue. Et Jsa.30. Spũs dñi velut torrens ad perdendas gentes in nihilum.

¶9. Ad nihil spei. Dãnati propter sua peccata oĩo ꝛ funditus perdent spem salutis: cũ data fuerit sentẽtia iudicis. Unde quilibet eorũ dicere poterit illud Job.7. Desperaui: nequaquã vltra iam viuam. Et illud Job.30. Redactus sum in nihilũ: abstulit quasi ventus desiderium meũ.i. spem meã: ꝛ velut nubes pertransijt salus mea. O ꝙ amarũ nihil est istud.

¶x. Ad nihil essentie. Licet enim dãnati propter sua peccata non amittãt esse suum: tamen desiderabunt se nõ esse: vt inuit Sco.in.4.di.50.q.1.ꝛ.2. ꝛ.8. Tho.in.3.parte.q.98.ar.3. Unde Apoc.9. In diebus illis: querent homines mortem: ꝛ non inuenient eam: ꝛ desiderabunt mori: ꝛ fugiet mors ab eis. Qr peccatum ducat ad nihil: patet in Lucifero: cui post peccatum dictum est. Ezech.28. Nihili factus es: ꝛ non eris in perpetuum. Unde ꝛ Glo. super illud Joan. primo. Sine ipso factum est nihil: sic dicit. Peccatum nihil est: ꝛ nihil fiunt homines: cũ peccant. Unde nota: ꝙ si quis haberet omnes eminentias humane nature possibiles in hac vita: si tantuz vnicũ mortale peccatũ in fine vite sue

habuerit:in nihilū computabitur: qꝛ scribitur Sap.9. Et si quis erit cōsu matus inter filios hominū: si absfue rit ab illo sapia tua:idest charitas ƒm Sco.in.3.di.34. in nihilū computabi tur. Et ideo concludamus: ꝙ pecca tum est nihil: oritur a nihil: ꝛ ducit ad nihil: qꝛ clamat deus de peccatoribus dicens in ps.57. Ad nihilū deuenient tāꝗ aqua decurrēs: a quo nihilo nos liberet pater filius ꝛ spūs sanctus in secula bn̄dictus. Amē. Uenite ꝫ ascē damus. ꝛc.

¶ De animi malignitate: ꝛ multiplici peccantiū malicia. Cap. 26.

Uenite ascēdamus ad montem dn̄i: ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec verba Exo. 15. Electi principes eius submersi sūt in mari rubro: abissi operuerūt eos: descenderunt in ꝓfundū quasi lapis. ¶ Humana natura ad malū prona ab adolescētia sua: prout scribit Gen.8. Prestantissimi auditores in Christo Jesu: triplici gradu ꝛ ordinato pro cessu in malicie ꝛ peccatoꝝ baratrum profundatur. ¶ Primo nāqꝫ loco in sua pueritia ꝛ adolescētia i peccatum labitur per ignorantiā. Unde de iuue ne peccante scribitur Prouer.7. Sta tim eam sequitur quasi agnus lasci uiens ꝛ ignorans: ꝛ nescit: ꝙ ad vin cula stultus trahitur. Hoc modo pec cauit Paulus per ignorantiā: qui dic prime ad Timo.1. Blassemus fui ꝛ cōtumeliosus: sed miam dei cōsequu tus: quia ignorans feci in icredulitate mea. Et tunc quasi homo submergit in mari rubro. ¶ 2. loco. Humana na tura in sua iuuentute in peccatū ꝓfun dus cadit: peccādo ꝑ carnis ꝛ sensua litatis ifirmitatē: ꝛ non per ignoran tiā. De quibus Paulus.1.Cor.11. ait. Jdcirco iter vos multi ifirmi ꝛ ībecil les: ꝛ dormiunt multi. Et hoc modo peccauit Petrus negādo Christū ex timore mortis ꝛ ifirmitate. Matth. 26. Et i hoc graui⁹ peccauit: ꝗ Pau lus: vt dicit Alex. d alis in.2. parte.q. 163. mēb.3. Et qui hoc modo ꝑ ifir mitatē peccat: quasi operit totaliter ab aquis maris. ¶ 3. loco Humana natura deterius cadit i sua senectu te: peccando ꝑ maliciā. Unde scribit Sap.2. Excecauit eos malicia eorū. Et hoc mō peccauit Judas vendens ꝛ tradens sanguinem iustū: ꝛ despe rando laqueo se suspendēs. Matth. 27. Et qui hoc modo ꝑ maliciā pec cant: quasi i ꝓfundū maris descen dunt: ꝓut dicūt assumpta verba: que iteꝝ replicata dicunt i hac forma. Ele cti principes eius submersi sunt i ma ri rubro. ꝛc. Quia scribit in.c. Ois etas.12.q.1. Omnis etas ab adolescē tia sua i malum prona est. Et Gen.6. Uidēs aūt deus ꝙ multa malicia ho minū esset i terra: ꝛ cuncta cogitatio cordis itenta esset ad malum omni tē pore. De humana malicia ꝛ de animi malignitate tria declaranda mysteria propono: que erunt presentis sermo nis partes principales.

¶ Pᵐ Dubitatio.
¶ 2ᵐ Multiplicatio.
¶ 3ᵐ Deuoratio.

Uo ad primū mysterium de clarandū: qꝛ multa hominum malicia creuit i terra: iō mul tiplex debet eē inuestigatio ad huius modi malicie extirpationē: pp quod non icōgrue multa theologica dubia de humana malicia ventilantur.

¶ Primū

¶ Primū dubiū ē. ¶ Utrū malū siue malicia sit a causa bona. ¶ Huic q̄oni rn̄det seraphicus Cardinalis .s. Bona. in. 2. di. 34. ar. p̄. q. 2. ponendo aliquas cōclusiōes ordinatas. ¶ P° Cōclusio est ista. Triplex defectus cōtra humanā volūtatē reperit̄. Unus est naturalis: qui ē ipa defectibilitas: que inest voluntati ex hoc ipso: q̄ est ex nihilo. Alius est culpabilis: ꝛ istud est peccatū: tertius est penalis: ꝛ istud est dānum siue nocumētū: siue lesio: que consequitur ad peccatū. ¶ 2. Cōclusio. Defectus naturalis preambulus est ad peccatū: ita q̄ nunq̄ voluntas ī volendo deficere posset aut peccare: nisi vanitatē ꝛ similiter defectibilitatem ī se haberet: idest nisi esset ex nihilo. Sicut. n. lucere preambulū est ad illuminare: ita eē ex nihilo ī voluntate p̄ambulū est ad peccare. Un̄ diuina voluntas que non est ex nihilo peccare nō pōt. ¶ 3. Conclusio. Defectus penalis ānexus ꝛ consequens est ad defectū culpabilem siue ad peccatū. Nā defectus penalis īseparabiliter sequit̄ defectū culpabilē siue peccatū: ipossibile. n. est esse dedecus peccati sine decore iustitie: vt dicit Aug. Sicut. n. ad illuminationē sequit̄ calefactio: ita ad peccatū sequitur punitio. ¶ 4. Cōclusio. Defectus culpabilis siue peccatū nō necessario sequitur ad defectum naturalē: vn̄ non necessario sequitur: q̄ si alicui insit defectus naturalis .s. q̄ sit ex nihilo: q̄ sit ibi culpa vel peccatū. Un̄ in volūtate creata duo sunt cōsideranda. Unū est: q̄ est ex nihilo: ꝛ h3 defectibilitatē: ꝛ ex hoc potest deserere iustitiam ꝛ rectitudinem: ꝛ sic peccare: licet nō necessario deserat: ꝛ peccet: q2 multe sunt voluntates ex nihilo create: que nunq̄ peccauerunt: vt patet in angelis sanctis. Aliud est: q̄ est voluntas ꝛ libera: ꝛ ex hoc potest seruare rectitudinem iustitie: ꝛ non peccare. ¶ 5. Conclusio. Uoluntas que est domina sui actus: ꝛ libere potest seipsam cōuertere ad illud: ad qd̄ vult: ꝛ sicut vult: sine aliqua noua dispositione a parte voluntatis: que sit p̄ambula ad ipsa3 culpam: ꝛ īmediata respectu culpe: ex seipsa exit in actum peccati. Exēplū. Sicut ille qui stat rectus: posset statim (si vellet) sine noua dispositione adueniēte: dimittere se cadere: sic voluntas que recta consistens est: ꝛ ī ordine ad vltimum finem: potest extra illum ordinem exire: ꝛ exitus ille peccatum est. ¶ 6. Conclusio. Malum siue malicia q̄ ē priuatio ꝛ defectus: est a causa bona .s. a voluntate: sed deficiente defectu naturali: q2 ex nihilo: deficiente defectu culpabili: q2 actus eius est defectuosus: carens rectitudine actuali: que deberet inesse: deficiente defectu penali: qui omnino consequitur ad culpā. Et sic patet: q̄ malicia ꝛ peccatum est a causa bona: sed deficiente triplici defectu naturali culpabili ꝛ penali.

¶ 2. Dubium est. ¶ Utrum voluntas creata possit appetere non esse: ꝛ odire suum esse. ¶ Huic questioni rn̄detur s̄m doctrinam .s. Tho. in. 3. parte q. 98. ar. 3. ꝛ Sco. in. 4. di. 50. q. 1. ꝛ. 2. tripl'r distinguendo. ¶ Primo Si consideretur esse ī se segregata quacunq̄ miseria: illud nō videtur posse odiri a voluntate: q2 ibi nullum videt̄ esse obiectum odij: idest nullum mali. Unde esse ꝛ viuere naturaliter ab omnibus appetitur. ¶ 2. Si conside

retur non esse in se: sic nullo modo est appetibile: cum non habeat rationem boni: sz sit boni pura priuatio: ꝛ ideo non esse non est per se eligibile: cū nō esse maxime sit malum. ¶ 3. Si consideretur esse inquantū est coniunctū miserie vel pene: ꝛ non esse inquantū est ablatiuum penalis vite seu alicuius miserie: sic eē potest odiri per accidens rōne odibilis adiuncti .s. rōne miserie. Et non esse potest appeti: qꝛ sic habet rōnem boni. Carere.n. malo est quoddam bonum: vt dicit Philosophus in .5. ethycoꝝ. Et ideo scribitur Ecci. 41. O mors bonū est iudicium tuum homini indigenti: ꝛ qui minoratur in rebus: defecto etate: ꝛ cui de omnibus cura est ꝛ incredibili: qui perdit sapiētiā. Ex quo patet: ꝙ voluntas nec purū bonū pōt odire: nec puꝝ malum amare vel diligere: sed si vult malū: ideo vult propter aliquod bonū annexum: vel ad vitandū maius malum: ꝛ si odit bonū per accidēs odit rōne alicuius mali annexi. ¶ 3. Dubiū est. ¶ Utrū voluntas aliqua possit odire veritatē: vel beatitudinem: vel deum. Ratio questionis est: qr dr in ps. 73. Superbia illoꝛuȝ qui te oderūt: ascēdit semp. ¶ Huic questioni Rñdeo fm doctrinā Scoti in .2. di. 43. q. 1. ꝛ in .4. di. 49. q. 9. ꝛ s. Bona. i. 2. di. 43. q. vlt. ꝛ s. Tho. in 3. parte. q. 98. ar. 5. p quattuoꝛ veritates. ¶ Pª est ista. Uolūtas licet libera sit: ꝛ nullū obiectū necessario diligat: nullūqꝫ necessario odio hēat: tñ ipsa ñ pōt velle miseriā pcipue sūmā: puta dānationem: qꝛ miseria non est volibilis: nec est apta esse obiectū volitionis: sicut nec sonus esse potest obiectum visionis. Unde Aug. in Enchiridion. c. 204. Sic beati esse volumus: vt nec miseri nequaqꝫ velle possimus. ¶ 2. est ista. Uoluntas licet libera sit: beatitudinem tamen nō potest odire: cuius ratio est: qꝛ cum in beatitudine nullum sit malum: ipsa non potest esse obiectum odij: sicut nec nigredo potest esse obiectū respectu visionis disgregatē. ¶ 3. est ista. Ueritas sm se considerata nō videt posse odiri: vel impugnari: qꝛ vt dr primo methaphy. Omnes hoies naturā sciꝛe desiderāt: rōne tamē dicētis: puta qꝛ est inimicus: ꝛ rōne effectus cōsequentis: puta lucri vel damni: laudis vel confusionis: potest odiri: vel impugnari ¶ 4. est ista. Deus qui est sūma veritas ꝛ sūma bonitas: si consideretur in se: sicut cōsideratur a beatis: qui eum per essentiam suam vident: cum in seipso sit bonitas sūma: non potest alicui voluntati displicere. Unde quicunqꝫ eum per essentiā vident: eum odio habere non possunt. Cum.n. in ipso deo in se nulla sit ratio mali: nullomodo potest esse obiectuȝ odij vel odiri. Si autem consideretur deus in suis effectibus: sicut consideraī a viatoꝛibus ꝛ dānatis: cum aliqui effectus dei sint contrarij ꝛ repugnantes alicui voluntati: sicut effectus iustitie ꝛ punitionis repugnant damnatoꝛum ꝛ punitoꝛum voluntati: sic in suis effectibus deus odiri potest. Unde dānati ꝛ alij a deo punitī percipientes ꝛ considerātes deum in effectu iustitie quā exercet circa illos: sicut odiunt illā penā: quā sustinent: ita odiunt deū inferentē illā: ꝛ sic itelligitur illud ps. Supbia illoꝝ qui te oderunt: ascendit semp. Ex quo colligitur: ꝙ voluntas nec purum malū

pōt

pōt diligere: nec pur bonum odire. ¶ 4. Dubium est. 4. Utrum humana voluntas vel homo ipse possit intendere malum: vel quod idem est: velle malum: & operari malum per intentionem: ita q̄ malum sit ab homine intentum. Ratio est: q2 Dioni. i. 4. de diui. nominib⁹ dicit. Malum est preter intentionem & naturam. ¶ Huic q̄oni Rn̄det. s. Bona. in. 2. dist. 34. ar. 1. q. 3. multipliciter distinguendo. ¶ Primo. Si compararetur intentio ad illud: quod est malum bono tamē apparenti coniunctum: sic potest humana voluntas intendere malū tanq̄ finem suum: puta potest quis intendere finaliter luxuriari: vt delectetur in hac vita: ponēs ibi finē suū: nō credens vel non sperans aliam vitā. Similiter aliquis intendit in hac vita finaliter gloriari: ibi ponēs finem suū. Et plurimi hoc modo malum finaliter intendunt propter bonum apparens adiunctum. ¶ 2. Si comparet̄ intentio ad malum predictum cū bono apparenti cōiunctum: sic potest humana voluntas intendere malū tanq̄ ens ad finem: ordinando illud ad aliud malum: sicut quis potest intēdere facere furtū: vt ex eo possit voluptuose viuere & luxuriari. Et aliquis potest itendere mentiri. vt exinde possit false laudari: vel ditari. Et hoc modo plurimi malum intendunt: tanq̄ ens ad finem: ordinando vnum malū ad aliud malum: q2 Abissus abissum inuocat. ¶ 3. Si compararetur intentio ad malū sub rōne mali. i. ad malū ab omni bono separatū: hoc modo nullus potest intendere malum simpliciter & malum sibi: idest non potest humana voluntas intendere aliquid quod sit simpliciter malū: & quod sit malū sibi: & ratio est: q2 nihil appetit a volūtate nisi sub rōne boni simpl'r: vel boni sibi: & hoc modo potest itelligi illud Dioni. Nemo operat̄ ad malum aspiciens. ¶ 4. Si compararetur intentio ad malū simpliciter mō predicto. Sic pōt aliquis itendere malū simpliciter: sed tn̄ vt bonum sibi. Et sic malū fieri pōt per itentionē: & aliquādo fit: licet non ab omnibus: sed a maliciosis: quibus pp corruptionē palati iterioris mala sapiunt vt bona. Hoc mō auari dant ad vsurā ex itentione: quod est malū simpl'r: vt diuitias acquirant tanq̄ bonum sibi: hoc modo partiales occidunt inimicos: & eoꝝ mortē itendūt: quod est malum simpl'r: sed tanq̄ bonum sibi vt securius viuant: hoc mō luxuriosi intendunt luxuriari: quod est malum simpliciter: vt delectationes acquirāt tanq̄ bonum sibi. Contra istos clamat Propheta in ps. 51. dicens. Quid gloriaris in malicia: qui potens es in iniquitate: tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolū. Dilexisti maliciā super benignitatē: iniquitatem magis q̄ loqui equitatem. Dilexisti oīa verba precipitationis lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finem: euellet te: & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicē tuā de terra viuētiū. Et sic patet q̄uo voluntas humana pōt itēdere & ex itentione operari malū: & q̄uo nō.

¶ 5. Dubium est. ¶ Utrum humana voluntas possit ex malicia peccare. i. ex propria malignitate: non impulsa aliunde ad peccandum. ¶ Huic q̄oi Rn̄deo s̄m doctrinam Sco. in. 2. di. 43. q. 2. & s. Tho. in. q. de cā pcti. ar. 12. & 13. sic distinguēdo: & declarā do. ¶ P. not^m: q̄ cū aliq̄s dr̄ ex aliq̄ pcc...

re: datur intelligi: q illud sit primum principium peccati. Unde qr voluntas est coniuncta appetitui sensitiuo et carni: et nata est condelectari sibi: ideo cum occasionaliter peccat ex inclinatione appetitus sensitiui ad suum delectabile: dr peccare ex passione: et ex impotentia: et dr peccatum ex īfirmitate: qr eius principium primū est caro: que īfirma est. Matth.26. ¶ 2. Ipsa voluntas agit et operatur per cognitionem itellectualem: et ideo rōne vel itellectu errāte: ipsa recte nō vult: et peccat: et eius peccatū ex errore rationis dr peccatum ex ignorantia: qr huius peccati principium primum est ignorantia. ¶ 3. Ipsa voluntas aliqñ agit et operatur ex sua libertate: non ex condelectatione cū appetitu sensitiuo: neq ex errore ī rōne: et istud peccatum dr ex malicia: qr ibi est plenissima ratio peccati et plenissima rō libertatis. Nā ī peccato ex ignorantia principium peccati est extra voluntatem: qr ī itellectu: et ideo diminuit de rōne voluntarii et de rōne peccati: ī peccato etiā ex infirmitate primum principiū est extra voluntatē: qr ī sensibus et in carne: et ideo diminuit de rōne voluntarii et de rōne peccati. Sed ī peccato malicie primum principiū peccati est in ipsa voluntate: qr peccat ex habitu malo: qui est ī ipa volūtate: vel ex mera libertate voluntatis: nullo alio exteriori alliciente ad malum: sed ex sua malignitate eligit sibi malum velle et malum desiderium. Unde de talibus scribitur Ecci.19. Qui iocundatur in malicia: deuetabitur: et qui peccat in animam suam: penitebit. Heu quot sunt tales: qui non ex ignorantia: non ex tētatione carnis: sed ex propria malicia peccant: qui letantur cum male fecerint: et exultant ī rebus pessimis: de quibus Iere.xi. Nunquid carnes sancte auferent a te malicias tuas in quibus gloriata es? Hi ergo ex malicia peccātes: siue malum ītendentes: non solum submerguntur ī mari: nō solum operiunt aquis: sed cū Pharaone descendunt in profundum peccatoz quasi lapis.

Uo ad 2m. mysterium principale quod vocatur multiplicatio. ¶ Considerandū est quomodo malicia in humano genere vehementer multiplicata sit et augumētata. Uñ dr Gen.6. Uidens aūt deus: q multa malicia hominū esset in terra. Et de Pharaone dr Exo.9. Pharao auxit peccatū: et ingrauatū est cor eius et seruoz illius: et induratum nimis. et Exo.15. Descenderunt in profundum quasi lapis. Et Eccs.9. Corda filioz hominū replētur malicia et cōtemptu in vita sua: et post hec ad inferos deducentur. Hec aūt malicie et calliditatis et astutie in peccādo multiplicatio figuratur p multiplicē immissionē ignis a deo: que describitur Amos.1. et 2. Per ignē.n.a deo in vindictā missum nō incongrue intelligit ignis peruerse cōcupiscētie: iuxta illō prime Jo.5. Totus mundus in maligno.i. in malo igne cōcupiscētie positus est: et ignis siue desiderium maliciose voluntatis in adimplendo concupiscētias: iuxta illud Ro.1. Repleti dolo malignitate.i. igne maliciose voluntatis. Hunc aūt et cōcupiscentie et malicie ignem in multa personaz genera iusto dei iudicio permissiue saltem diffundit et accendit omnipotēs. Mittit ḡ ignem deus omnipotēs.

¶ Primo. In domum Azabel. Unde dr Amos.1. Et mittã ignẽ in domum Azabel. Azabel videns deũ interpretaf: et designat sapientes et litteratos: qui p doctrinã deũ agnoscũt et vidẽt: vel saltẽ videre et agnoscere deberẽt. Sed in istos deus pmissiue imittit ignẽ malicie in mente: et ignẽ luxurie in carne. Exẽplum habef in Salomone sapiẽtissimo in quẽ deus pmissiue misit ignem luxurie: et malignitatis ydolatrie: sicut p3.3. Re.xi.c. Heu qt sapientes: quot litteratos consumit ignis luxurie: et ignis malicie: in explẽdo luxurie delectationes. De isto igne scribif Job.31. Si deceptũ est cor meum sup muliere. Hoc.n. nephas est et iniquitas maxima. Ignis vsq3 ad pditionẽ deuorãs: et oĩa eradicãs genimina. Hic practica de sapiẽtũ et lrãtoꝝ luxuria: et de coꝝ multiplici malicia et astutia: in adimplendo luxurie desideria.

¶ 2. In Muꝝ Gaze. Uñ dr Amos.1. Et mittã ignẽ i muꝝ Gaze. Gaza robusta vel fortitudo interpretatur: et potẽtes: ambitiosos: ac partiales: et pauperuʒ oppressores nõ incõgrue pfigurat. Et in istos deus mittit ignem ambitionis: sanguinis: crudelitatis: inuidie: quo querũt cũ multiplici malicia et calliditate: ad plationes ascendere: pauperes opprimere: inimicos extinguere. ¶ Exẽplũ in Saul: qui igne ambitionis et inuidie accensus: inimicũ suũ Dauid occidere: et cũ malicia pdere cogitabat: sic p3.1. Re.18. Hoc figuratũ fuit Exo.9. Ubi scribitur: q dñs imissit sup regnũ Pharaonis ignẽ imixtũ grandini: qui Pharao potens p dñium et ambitiosus: cũ multa nequitia et malicia extermi-nare et opprimere q̃rebat filios Israel. Heu quot sunt tales i mundo: qui semp ad effusionem sanguinis anhelãt: cũ malicia: dolo: simulatione. De quib⁹ dici põt illud Ecci.23. Aia callida quasi ignis ardens: nõ extinguet donec aliquid glutiat.

¶ 3. In Muꝝ Tyri. Uñ dr Amos.1. Et mittã ignem in muꝝ tyri. Tyrus angustia vel tribulatio interptat. Et tribulatos et in angustia positos pfigurat. Et in istos dñs imittit ignẽ impatientie: murmurationis: et maledictionis. ¶ Exemplum habef in filijs Israel: qui labore itineris fatigati: impatiẽtia moti: contra deũ et Moisen murmurare ceperunt. Uñ et dñs imisit ignẽ in eos de celo: et plurimos interfecit: sicut p3 Num.xi. Heu quãto igne impatiẽtie et murmurationis cõburunt tribulati et angustiati: quãto igne malignitatis et astutie cõflantur ad euadendas vel carnis vel mentis angustias.

¶ 4. In Theman. Unde dr Amos.1. Mittã ignẽ in theman. Theman auster vel aphricus interpretaf: qui sũt venti ameni et cõsolatorij: et ideo non incõgrue viros cõsolatos pfigurant. Et in tales imittit dñs ignẽ malicie et carnalitatis. Ubi.n. est maior cõsolatio: ibi coiter est maius carnis incendiũ: et maior mentis malicia: q2 multã maliciã docuit ociositas. Ecci.33. ¶ In huius figurã sup Sodomam: que in panis habundantia et in saturitate et in ocio consolabaf. Ezech.16. Dñs de celo pluit ignẽ: sicut p3 Gen.19. Heu quãtus ignis luxurie: quantus ignis malicie: in fornicationib⁹ cõmittendis: in stupris: in sacrilegijs: in sodomia: in peccatis bestialib⁹ perpe-

trandie: regnat in viris ꝛ mulieribus diuitibus: ociosis ꝛ consolatis. Unde scribitur Sap. 16. In aqua plus ignis valebat: ignis est luxuria: ignis est malicia. Et isti ignes plus valēt in aquis idest in delicijs ꝛ consolationibus tēporalibus.

¶5. In Mur Rabath. Unde dicitur Amos. 1. Et succēdā ignē in muro rabath. Rabath multū tpis vel grande peccatū interpretat. Et non incōgrue prefigurat senes: quoꝝ tēpus est multū: ꝛ grauiora sunt pctā: ꝫ illud Isa. 65. Peccator centū ānoꝝ maledictus erit. Et i hos senes imittit deus ignē insatiabilē auaritie: que vitioꝝ sola in sene iuuenescit ſm Hiero. O quanta auaritia: quātus ardor bn̄di in hominibus ꝛ maxime in senib⁹ regnat: qui nunq̄ replenī: nunq̄ satianī: qꝛ scribiī Prouer. 30. Ignis vero nūq̄ dicit sufficit. Et quantus ignis malicie sit in istis senibus ꝛ auaris: patet in contractibus palliatis: in fraudib⁹: in mensuris: in vsuris: in furtis: rapinis. ꝛc.

¶6. In Moab. Unde diciī Amos. 2. Et mittā ignē in moab. Moab de patre vel ex patre interpretaī: ꝛ blasfemos non incongrue designat: qui ex diabolo patre nati sunt per blasfemie imitationē: iuxta illud Salua. Jo. 8. Uos ex patre diabolo estis. Et i istos deus imittit ignē malicie diabolice: infernalis furoris: ꝛ sathanice blasfemie ꝛ maledictionis. Heu quantus ignis ꝛ quantus ardor est in linguis pessimoꝝ: q̄ sunt vt gladij acuti: scindentes corpus ꝛ carnes vnigeniti filij dei: ꝛ gloriosissime virginis marie: ꝛ omniū sanctoꝝ. De quibus dici pōt illud Prouer. 16. Uir insipiēs fodit malū: ꝛ in labijs eius ignis ardescit.

¶7. In Judā. Unde dr̄ Amos. 2. Et mittā ignē in iudā. Judas confitens vel glorificans dicitur. Et non incongrue clerū qui ad deum glorificanduꝫ electus est prefigurat. Et in istū clerū mittit dominus ignem simonie: ambitionis: luxurie: carnalitatis: a quo totaliter comburuntur. In cuius figuram Cū Nadab ꝛ Abiu filij Aron coram dn̄o offerrent ignē alienū: dn̄s de celo misit ignē: ꝛ cōsumpsit eos ꝛ interfecit: sicut scribiī Leui. x. Ignis alienus a deo: est ignis luxurie: ignis ascendens ambitionis: ignis simonie: ignis malicie: quē multi i ecclesia deo offerre conantur. Sed deus desuper immittit ignem: qꝛ iusto dei iudicio: qui maligne accedit ad deū: in sua malignitate ꝛ in sua malicia computrescere ꝛ augumētari permittitur: vt sicut scribiī Apoc. 22. Qui nocet: noceat adhuc: ꝛ qui in sordibus est: sordescat adhuc.

¶8. In Taphnis. Unde dr̄ Ezech. 30. Et dabo ignē in taphnis. Taphnas insanum os serpentū interpretaī. Et non incongrue detractores prefigurat: quoꝝ os ꝛ insanū ꝛ serpentinum est pp detractionis venenū: ſm illud ps. 13. Linguis suis dolose agebāt: venenū aspidū sub labijs eoꝝ. In istos detractores mittit dn̄s ignē: idest ardens desideriū detrahendi: ꝛ cū lingua multipliciter malignandi. De isto igne detractionis scribiī Jaco. 3. Et lingua ignis est vniuersitas iniquitatis. Ecce quantus ignis q̄ magnā siluā incēdit. O q̄tū ignē accēdit.

¶9. In Egyptū. Unde scribiī Ezech. 30. Et dabo ignē in egypto. Egyptus tenebra dicitur. Et demonstrat infideles

deles vero fidei lumine priuatos: vel peccatores vitiorum tenebris inuolutos: qui veram lucē videre non pñt: iuxta illud Jo.i. Lux in tenebris lucet: et tenebre eam nō cōprehenderūt. In istos tenebrosos infideles: et obscuros peccatores deus ignē malicie et estuantis cōcupiscentie imittit. Sicut in egyptios pluit ignē. Exo.9. in signū quod ardenti malicia opprimere querebant filios Israel: vt pz Exo.i. et inflammata auaritie cōcupiscentia eos spoliarī: vt pz Exo.15. De isto igne scribitur Sap.19. Ignis in aqua valebat supra suā virtutē. O q̄tū ignis immittit dñs in tenebrosos infideles et obcecatos peccatores. Unde dicit Ecci.16. In sinagoga peccantiū exardebit ignis: et i gente incredibili exardescet ira.

¶ x. In Magog. Uñ scribitur Ezech. 39. Et imittā ignē i magog. Magog tectū interpretatur: et pōt domesticos et simul habitantes in aliqua cōgregatione figurare. Et in istos domesticos et cōgregatos mittit dñs ignē diuisionis et discordie mutue: qua finaliter disperguntur et exterminantur. Unde in huius figurā super ducentos quinquaginta proceres sinagoge iudeorū: qui cū Dathan et Abiron cōtra Moisem discordias excitabant: pluit dñs de celo ignem: et combussit eos: sicut patet Num.16. Heu q̄tum ignis quotidie accenditur i familijs: in scholis: in cōgregationibus: in societatib⁹: in religionib⁹. Ubi discordie: lites: dissensiones: cōtētiones: de quib⁹ dici pōt illō ps.105. Exarsit ignis in sinagoga eorū: flāma cōbussit peccatores.

¶ xi. In habitantibus insulas. Unde Ezech.39. Et mittam ignē in his qui habitant in insulis confidenter. Per habitantes confidēter in insulis: que a mari vndiq3 circūdanī: nō imerito intelligi possunt huius mundi dilectores: et in bonis huius mundi cōfidentes et solliciti: qui nō vidēt huius mūdi bona vndiq3 amaritudinibus circundari: et in eis p̄ nimia sollicitudine cōburuntur. Hoc modo misit deus ignē i illū diuitem: cuius ager vberes fructus pduxerat: qui dicebat Luc. 12. Quid faciam: q2 nō habeo quo cōgregē fructus meos? Destruā horrea mea: et maiora faciam: et in nocte sequēti mortuus est. Heu q̄t sunt hoc igne mūdane sollicitudinis iflāmati.

¶ 12. In Syon. Uñ scribitur Tre.4 Et succendit dñs ignē in Syon: et deuorauit fundamenta eius. Syon speculū vel speculatio interpretatī: et vitā monachalē pfitentes prefigurat: qui et mundo speculū esse debent: et diuine speculationi et contemplationi vacare. Sed in istos dominus triplicem ignem mittit. Primo. Ignem ascendentem superbie et ambitionis. Secūdo. Ignem comburentem et inflammātem luxurie et gulositatis. Tertio Ignem insatiabilē auaritie et cupiditatis. Et cū isto triplici igne deuorat oia fundamēta religionis et vite contemplatiue. Per ignē supbie obediētiā: p ignē luxu^e castitatē: p ignē auaritie paupertatē: q̄ sunt tria sollida fundamēta conuersationis monachalis et vite cōtemplatiue. Ex his omnibus patet: quātus sit ignis in humana natura: quāta concupiscētia: quāta malicia: quātaq3 diuina flagella. Unde scribitur Johelis. 3. Exuberant torcularia: q2 multiplicata est malicia eorum. O quanta. etc.

¶ De abundantia huius humane malicie loquitur Innocētius papa.iij.in epistola ad Episcopū portuēsem. De miseria cōditionis humane: in.2.parte sic dicens.

Proro supabūdauit iniquitas z refriguit charitas multoꝝ. Oēs declinauerūt:simul inutiles facti sunt. Nō est qui faciat bonū: nō est vsqȝ ad vnum. Tota pene vita mortaliū mortalibus est plena peccatis:vt vix valeat inueniri:qui nō deuiet ad sinistrā:qui nō reuertatur ad vomitū:qui nō coputrescat ī stercore. Vix ēt inueniri pñt:qui nō potiꝰ gloriensꝰ:cū malefecerint: z exultēt ī rebus pessimis. Repleti.n.iniquitate: malicia:fornicatione:auaricia:nequitia:pleni inuidia:homicidijs:contentione:dolo:malignitate:susurrones: detractores deo odibiles contumeliosi:supbi:elati:inuētores maloꝝ:parētibꝰ inobediētes:īsipiētes: incōpositi:sine affectione:sīn federe:sīn mīa: talibꝰ z peioribꝰ mūdꝰ iste repletꝰ ē. Abundat hereticis: z scismaticis:psfidisqȝ tyrānis: simoniacis z ypocritis:ambitiosis z cupidis:raptoribus z predonibus: violentis z exactoribus:vsurarijs z falsarijs:impijs z sacrilegis: pditoribus z mendacibus: adulatoribus z fallacibus :garulis z versutis:gulosis z ebriosis : adulteris z incestuosis:pigris z negligentibus:vanis z prodigis:impetuosis z iracundis:impatiētibꝰ z incōstātibꝰ: veneficis z auguribꝰ:periuris z execratis: presumptuosis z arrogētibꝰ: incredulis z desperatis : demum vniuersis vitijs irretitis. Pcero sicut defecit fumus:deficient: z sicut fluit cera a facie ignis:ita pctōres peribunt. Hec ille. Et si tibi placuerit: z predicaueris:sit hec auctoritas ꝑ sermonis tertia parte.

Quo ad tertiū principale mysteriū quod dicitꝰ Deuoratio: est aduertendū. Qr sicut ignis humane malicie interius incendit: z cōburit voluntatem p iniqua desideria: ita ignis cōcupīe carnalis exterius incendit: z deuorat corpus: z carnē per iniqua opera. Vn̄ cōcupīe ignis pluriмоꝝ corpora deuorat:sicut Amos.i. z.2.mystice figuratꝰ.

¶ Pº. Ignis a deo missus deuorat domos Benadab:Vn̄ dicitur Amos.i. Mittā ignē in domū Azabel: z deuorabit domos Benadab. Per domos corpa ī qbꝰ hitamꝰ itelligi pñt: iuxta illud Pau.2.Cor.5. Si terrestris domus nr̄a huius habitationis dissoluatꝰ. Per Benadab: qui filius votiuus vel filius spontaneus interpꝛtatur: religiosi:monachi z clerici:qui vel suscipiēdo ordines sacros: vel vouendo sponte deo suā offerunt castitatē:merito figurantꝰ. Sed hoꝝ corpora ignis gulositatis: ignis luxurie: ignis carnalitatis cōsumit:deuorat: z comburit:pp gulā:pp ociū:p mulieꝝ familiaritatē. Ex quaꝝ specie cōcupiscentia quasi ignis exardescit.Ecci.9.

¶ In huiꝰ figurā ad imperiū Helie ignis de celo descēdens deuorauit primum quinquegenariū cum quinquaginta suis.4.Re.i. Per quinquagenariū humanum corpus in quinque sensibus definitū intelligi pōt: per primū intelligi pñt illi:qui in ecclesia dei primū obtinent locū:cuiusmodi sunt clerici:monachi z religiosi. Ignis de celo ē opus luxurie:gule : a deo pmittēte elapsus z pmissus: qȝ pnoiatoꝝ corpora

corpora deuorat: q luxuria ignis est vsq ad consumationem deuorans. Job.31.

C 2. Domos Gaze. Amos.1. Et deuorabit domos gaze. Domos Gaze que dr robusta sunt corpora potentum: bellatorum: et partialium: q deuorantur ab igne discordie et partialitatis. C Hoc figuratum fuit. 4. Re.1. Jn.2. Igne qui de celo descendens deuorauit secundum quinquagenarium cum quinquaginta suis. Nam ignis partalitatis deuorat partium capita, cum sequacibus. Heu quot consumuntur: quot deuorantur ab hoc igne.

C 3. Domos tyri. Un Amos.1. Et deuorabit ignis edes tyrij. Tyri tribulati vel angustiati interpretantur: et figurare pnt laboratores: mercatores: nautas: mercenarios: et operarios mechanicos: qui i cotinuis operationibus angustiantur: et tribulantur. Et horum corpora ab igne auaritie et cotinue et incessabilis operationis deuorantur.

C 4. Domos Bosre. Amos.1. Et deuorabit ignis edes Bosre. Bosra interpretatur in angustia vel in tribulatione: et significat corpora carnalium et sensualium: quorum aie sunt i continua angustia et tribulatione p carnis tentationes et sensualitatem. Hi sunt iuuenes et robusti a carnis prurigine molestati: quorum corpora igne luxurie deuorantur. Un dr in ps.77. Juuenes eorum comedit ignis. Heu qt sunt tales.

C 5. Domos Rabath. Amos.1. Et deuorauit edes Rabath. Rabath multum tpris dr. Hec sunt corpora seniorum: que ab igne inuidie: ocij: luxurie et auaritie deuorantur.

C 6. Domos Carioth. Amos.2. Et deuorabit edes Carioth. Carioth dr occursus igneus. Et ista sunt corpa mulierum ornatarum: cuius occursus e igneus et vitadus. Et harum corpora ignis luxurie accedit: intm q ct incedut aliena. Ecci.c.9. Heu quot coburunt.

C 7. Domos Hierusale. Amos.2. Et deuorabit edes Hierusale. Hierosolima dr pacifica: et figurat ecclesia: vel aiam quieta: sed horum corpora deuorat ignis luxurie: gule: mali exempli. Un dr Job.1. Ignis dei cecidit de celo: et tactas oues puerosq consumpsit. A quo nos liberet deus. Uenite et ergo ascendamus. etc.

C De multiplici bellorum distinctione origine pariter et dissipatione.
Cap. 27

Venite: ascedamus ad monte dni: et docebit nos vias suas.

C Scribunt hec verba Exo. 14. Nuntiatum est regi egyptiorum: q fugisset populus: iunxit g curru: et oem populu suu assumpsit secum: tulitq sexcetos currus electos: et quicquid in egypto curruu fuit: et duces totius exercitus: et psecutus e filios Israel.

C Uidimus de peccatorum tenebris: quibus inoluunt egyptij et peccatores. Superest vt aliqua dicamus de bellis: quibus iustos iniuste opprimunt: et inuadunt. Quata aut mala ex corporalibus bellis oriunt: ex tribus singulariter declaratur. C Primo naq corporalia bella fuerut causa primarum calamitatum humani gnris: sicut egregie declarat Bal. in. l.1. prima col. C. de seruis fugitiuis. Cocordat text. egregius in. l.1. C. de caducis tol. C 2. corporalia bella non permittunt homine bellicosum et sanguinolentu deo virtutu mysticu teplu edificare. Un dns dixit Dauid bellicoso figuratiue lo-

quēs.i.Paral.22.Multū sanguinē effudisti: et plurima bella bellasti: non poteris edificare domū nomini meo: tāto effuso sanguine coram me. ¶ 3. corporalia bella sunt et aīe et corporis perditio: sicut egregie declarat Bal. in.l.i.in prin. C. de caducis tollen. Et hoc claruit in Pharaone et egyptijs: qui et aīam et corpus pdiderunt submersi in mari rubro: sicut patet. Exo. 15. Et hoc quia iniuste 9 filios Israel mouerunt bella: put dicūt assumpta verba: que iterum replicata dicunt i hac forma. Nū.iatū ē regi Pharaoni. etc. ¶ Carissimi mei fratres legistis doctrinā bonū est argumētū de re ad tempus.l. Unum. ff. Si certum petat. Et fm doctrinā Sapientis. Eccs.3. Aliud est tēpus belli: aliud tēpus pacis. Cū simus in hac lombardie planicie: que est bellorum et armorum locus: cū et tēporibus nostris. Undiqz bella sonent cūctos furor excitet armis. Iāqz nocens ferrum: ferroqz nocentius aurum. Prodiderit: prodit bellū: qd pugnat vtroqz. Sanguineaqz manu crepitantia cōcutit arma. Nō incōgrue de bellis sermonē faciemus in tria mysteria diuisum.

¶ Pm est Bellorum distinctio.
¶ 2m est Bellorum origo.
¶ 3m est Bellorum destructio.

Primum mysterium dicitur bellorum distinctio. ¶ Quo ad bellorum distinctionem et hic queri posset: videlicet. Quotuplex est bellum. Unde dicatur bellū. Quid sit bellum. Que sit differētia inter bellum: duellum: prelium: pugnam: certamen: contentionem: conflictum: litem: luctam. Ad ppositum nostrum restringendo dico: qz fm sacrarum litterarum et sacrorum canonum sententiam doctorumqz theologorum doctrinam. s. Alex. de alis. et Thome. Bona. Sco. et aliorum: tria sunt bellorum genera.

¶ Pm bellum est Uirtuosum.
¶ 2m bellū est Periculosum.
¶ 3m bellum est Criminosum.

Et vnūquodqz istorum diuidit in quatuor: et sic erunt.12.bellorum genera.
¶ Primum ergo bellum virtuosum est quadruplex.
¶ Primum est Inter angelū et angelum: inter angelos bonos et malos. Hoc prelium cōmissum fuit in campo magno: videlicet in celo empireo: in prima mundi die: in die dominica: in conspectu totius trinitatis: in hoc bello interfecti sunt milia miliū: et mali angeli perdiderunt regnū celorum. O qz terribile et asperum bellum. De quo Ioānes Apoc.12. Factū est prelium magnum in celo. Michael et angeli eius preliabantur cum dracone: et draco pugnabat et angeli eius: et non preualuerunt: neqz inuētus est locus eorum amplius in celo. De hoc bello plurima scribit Mathias d Sueuia super Apoc.12. ostendens quomō angeli boni et mali insimul pugnauerunt. Rōne cōtra rōnem: qz aliud iudicabant angeli mali: aliud boni. Uolun tate contra voluntatē: qz aliud volebant mali: aliud boni. Facultate contra facultatē: qz ad aliud nitebantur mali: ad aliud boni. De hoc bello an fuerit reale vel non: vide Franciscum may. in.2.di.6. et.7.q.2. qz optime et diffuse.

diffuse.

¶ 2. est Inter hominem et angelum. Aliquando .n. viri sancti cum bonis angelis luctam habent: et est virtuosum bellum. Hoc modo bellum habuit Jacob cum angelo: vt legitur Gen. 32. Hoc bellum de nocte cōmissum fuit: et vsque ad aurorā durauit. In hoc vulneratus fuit Jacob in neruo femoris: ex quo semper postmodum claudicauit: sed salua facta est anima eius. Unde scribit Osee. 12. Jacob in fortitudine sua directus ē cū angelo: et inualuit ad angelum: et confortatus est. De hoc bello plurima scribunt hebrei et Nico. de Lyra super. Gen. 32. quomodo fuit partim spirituale et partim corporale.

¶ 3. est Inter sanctum et sanctum. Aliquando viri sancti adinuicē pugnant: de aliqua re adinuicem contendentes et diuersimode sentientes: vt veritas agitata magis splendescat. Et hoc faciunt sine peccato. Uerbi grā. s. Aug. in lib. 5. questionū supra Genesi lib. 1. et habent di. 14. c. Quod ait. Reprehēdit Loth: qui voluit filias suas tradere sodomitis: ne peccarēt grauiori peccato. s. cōtra naturam. s. vero Ambro. in lib. de patriarchis cōmendat eum: et verba ponuntur. 32. q. 7. in. c. Offerebat. Et in hoc videntur adinuicem bellare et cōtendere. Et tamen vterque ecclesie doctor: vterque doctus: vterque sanctus. Sed Glo. in predicto c. Quod ait dicit. Qr Ambro. considerauit pietatem: quā habuit ad hospites: Aug. vero delictū filiarum. Eodē modo Aug. et Hieronymus bellātur adinuicem. 26. di. c. 1. et 2. Utrum habens vnam vxorem ante baptismum et aliam post possit ad sacros ordines promoueri. Uide ibi Glo. Hoc modo adinuicem pugnabant illi predicatores pacis Pau. et Barnabas: quia Barnabas volebat secū ducere Joānē cognomine Marcū: Paulus autē nolebat: et sic discordantes abierunt in diuersa: nec tamen peccauerunt: vt innuit Lyra Act. 15. Hoc modo pugnant et cōtēdunt adinuicē. s. Bona. in. 2. di. 26. q. 5. ponens gratiam prius inesse in potentiis anime q̄ in essentia et. s. Tho. qui in eadem di. tenet oppositum. Et tamen vterque sanctus et vterque iustus: et vterque beatus.

¶ 4. est Inter doctorem et doctorem. Sicut dicit Philosophus i. 3. methaphisice. Inuestigare volentibus veritatē preopere est bn̄ dubitare. Querentes .n. veritatē sine dubitatione et disputatione similes sūt quo ire ignorantibus. Quapropter doctores omnes veritatis inquisitores semper adinuicē contendunt. Hoc bellū fuit inter Epicuros ponentes felicitatē in voluptate: et alios ponentes eam in diuitiis: et inter Stoicos ponentes eam in virtutibus: et Peripateticos ponentes eam in speculationibus: inter Aristotelem et Platonem. ¶ Hec virtuosa pugna est inter Scotum et Henricū: inter Scotum et Ocham: inter Scotum et Ricardū: inter minores et predicatores de sanguine Christi: de nomine Jesu: de Conceptione virginis Marie. Hec pugna est virtuosa. Noli scandalizari: quia non disputamus amorem sed veritatem. Hoc bello pugnant boni aduocati: qui sine malicia disputant: contendunt: et allegant pro et contra pro inquirēda veritate. Hec sūt quattuor bella virtuosa: quia pro sua vel aliena salute geruntur. Cuius autē finis bonus: ipsum quoque bonū.

est nisi ad subuersionem audientiu₃.

¶2. In Rixa. Aliquādo alique priua te persone adinuicē pugnant cū factis ⁊ manibus ⁊ non tantū verbis: puta cū duo adinuicē trahunt se per capillos: dant verbera: vulnera: mutillāt: cōmittunt duellū. De quo bello vide Extra ð iniurijs. c. Si rixati. De hoc bello loquit. s. Tho. 2ª 2ᵉ. q. 41. ar. 1. dicens. Et sicut cōtentio importat cō tradictionē ī verbis: ita rixa cōtradictionē ī factis: ⁊ est quasi quoddā priuatū bellū inter vnū ⁊ vnum vel inter paucos ⁊ paucos: quod nulla publica auctoritate gerit: s₃ ex inordinata voluntate rixantiū: ⁊ ideo rixa semp importat peccatū. Vñ īter opera carnis nominatur: dicente Paulo ad Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis: q̄ sunt ire: rixe: dissensiones.

¶3. In Sedicionibus. Aliqñ multitudo cū alia multitudine pugnat. Et tale bellū vocatur sedicio: que vt declarat. s. Tho. 2ª 2ᵉ. q. 42. ar. 1. ⁊. 2. proprie est inter partes vnius multitudinis iter se dissidentes: puta cū vna pars ciuitatis excitatur ī tumultu cōtra aliam. Et q₂ talis sedicio opponit paci ⁊ vnitati multitudinis ⁊ vnitati iuris ⁊ cōmunis vtilitatis: ideo ex genere suo est peccatū mortale. Hec sedicio est inter ciues: inter nobiles: īter artifices: ⁊ mercatores: inter discordes ⁊ partiales. Heu quot ruunt: quot pereunt: quot cōsumuntur in hac sedicione.

¶4. In Bellis. Aliquādo pugnāt homines in bello manuali cū inimicis in multitudine. Et illud ꝓprie vocatur bellū: quod importat impugnatione₃ in actu cōtra hostes extraneos quasi multitudinis ad multitudinē: vt declarat. s. Tho. 2ª 2ᵉ. q. 40. ar. 1. ⁊. q. 42 ar. 1. Hoc bellū fit īter ciuitatem ⁊ ciuitatē: īter castrum ⁊ castrū: īter villam ⁊ villā: īter regnum ⁊ regnū: inter dominium ⁊ dominiū: qualiter videmus his miserandis tēporibus: in quib⁹ vndiq₃ bella sonant: vndiq₃ opiniones bellorum: gens contra gentē: ⁊ regnum aduersus regnū. Ad ꝓpositum nostru₃ reuertendo: cū. 12. sint bellorum genera: ī nostra ciuitate: ī hac nostra Italia: rarum ē bellū virtuosu₃: q₂ rari ī talibus delectātur. Bellum periculosu₃ cū diabolo: cū mundo: cū carne: cū cōcupiscentia est valde crebrū: sed rari sunt victores. O quot ⁊ q̄ magni ad primū cōgressum ꝓsternuntur a carne: a mundo: a concupiscentia ⁊ a diaboli astutia. Sed bellū perniciosum: bellum diabolicū: bellū armorum: bellū sanguinis vndiq₃ fremit: vndiq₃ strepitus: vndiq₃ tube: vndiq₃ arma: vndiq₃ sanguis: vndiq₃ ferrū: vt cū poeta liceat exclamare. Iamq₃ nocens ferrum: ferroq₃ nocentius aurum. Prodierat: ꝓdit bellum: quod pugnat vtroq₃ Sanguineaq₃ manu crepitantia concutit arma. Uiuitur ex rapto. ⁊c̄.

Secundum mysterium dicitur Bellorum origo. ¶Cū tot tēporibus nostris inundent bella: non īmerito querūt aliqui: que sit origo: causa ⁊ radix tot preliorum. Huic quesito rñdetur ẜm varias hominū opiniones: que suo ordine hic īferius describuntur.

¶Primi dixerunt: causam ⁊ originē omniū bellorum esse deum. Cuius ratio est multiplex. ¶Prima. Quia

